timum ducem coniuratione. eiusq; in merito exilio tum
ex bellis quæ foris instabant quibus non paruis conatibus erat resistẽ-
dum. is primum ciuitatis statum sedatis cõiuratiõibus ad pristinã cõcor
diam reuocare conatus est cũ interim pepo aquiligiensis gradũ ueneto-
rum presidio munitum, ob ursi presulis othonis pulsi fratris absentiã
qui aduerse factionis insidias metuens loco cesserat. subito impetu inua
sus castellũ occupat, aliqui tradunt ursi nomine castellnm expugnatuz

cũ auenetis teneretur uerum illud constat. coradum imperatorē apepo ne impulsum per id temporis grauiter uenetis infestum fuisse eisq; non parum fuisse aduersum repu. autem in hoc statu cōstituta centranicus cum annos quattuor rempu. administrasset. ursi gradensis ut dicitur cō silio a populo captus. ademptaq; ei barba monasticoq; habitu indictus in exiliū missus est eo pulso urso populi iussu reipu. administratio permissa est. donec otho eius frater ad quem accersendū legati missi erant.

centranicus principatu eicitur

inpatriam reuersus esset. uerum cum paulo anteq̄ eo appulisset graeciae mortuū compererunt quod ciuitati benemerenti quaxi diuinitus accidisse creditū est. ueluti indigna tātū uirū recipere quē optime derepu. meritum cum patre uiro optimo tā in digne in exilium egisset cuius morte audita ursus frater se magistratu abdicauit quo absente dominicus ursceolus qui othoni afinitate arctissima iunctus erat temere ducatum occupauit uerum ea felicitas ei paru3 diuturna fuit apopulo namq; sue libertatis nō i memore postridie q̄ magistratum inuaserat. expulsus salutē sibi fuga quesiuit rauēneq; uoluntarium sibi exilium assumpsit ubi paulo post obiit.

Dominicus flabanicus Dux. XXVIIII.

d Ominicus flabanicus populi suffragio dux creatus est hic othonis expellēdi auctor fuit obidq; urso gradensi rēpu. administrante. ciuitate excesserat qui paulo post iubente populo reuocatus est. ministratione igitur reipu. assumpta. ad populū tulit ut urseola familia tanq̄ perniciosa & quieti ciuitatis infensa urbe eiceretur. eiq; publico decreto ducatu magistratibus omni deniq; dignitate interdictum esset. idq; ingrata multitudo ueterum infe cius familiae meritorum oblita facile decreuit. eo etiā duce auctore mos collegein ducatu cooptādi erepu. sublatus est. hec eius decennio exquo reipu. prefuit domi forisq; gesta. qui senio cōfectus nature concessit.

Dominicus contarenus Dux. XXX.

d Ominicus contarenus dux suffectus est. anno quadragesimo quarto & milleximo. hui9 tempore cū hiadrenses ad croatiorū regulum aut ut nō nonnulli asserunt: ad panoniae regem auenetis deffecissent. dux ingenti ui nauiū cōparata in dalmatiā trāsmissit hiaderāq; obsidere adhortus demū tormētis adhibitis expugnat cui9 rei fama relique dalmatiae urbes quae ad defectionē spectabāt. ifide māserūt. pepo aqlegiensis ēt sub id tps circa gradū oīa ifestās demū locū ipm ui a oppugnat. captāq; urbē maiore q̄ itea afficit clade. ueneti eam iniuriā ulturi ad pontificē primum legatos mis

ferunt de peponis iniuria questi. pontifex illũ ab iniuria abstinere. & oĩa reddere iussit qua re motus pepo ueritus ne si obstitisset. ueneti eam iniuriam armis uindicarent. pontifici parens omnia restituit. sub id tempus fertur benedictũ pontificē uenetias accessisse ut diui marci corpus inuiseret. Priuilegiaq; multa: & ampla tum ipsi templo tum aliis plerisq; diuorum edibus concessisse traditur. etiam ea tempestate rubertũ guiscardũ natione normanũ uirum in italia tũc potētē pluribus preliis apulit cum uenetis dimicasse. hec contareni temporibus gesta. qui sesto & uigeximo sui ducatus anno e uita discessit.

Dominicus siluius. Dux. XXXI.

d Ominicus siluius a populo dux declaratus est. huius pricipis ductu fertur normanos ex dalmatiæ finibus expulsos. simul etiam in nicephori gratiam uenetos classẽ in normanos comparasse. & apud dirachium ab illis obsessum accerrise pugnatũ demũ soluta hostiũ classe. nauibus partim captis pti submersis aut fugatis inclitã uictoriã adeptã quæ ueneto nomini haud parum constitit siquidem hostes reparata classe paulo post. driachio in potestatem suam redacto eodem ferme loco. sed longe diuerso exitu pugnatum. uictique ueneti ingentem cladem acceperunt ut ex magna & numerosa classe multis mediis aquis submersis pluribus occisis plurimis captis pauci euasserint. qua ex re ducē in patriam redeuntē anno ex quo reipu. prefuit tertiodecimo populus dignitate priuauit. alii qui non tantam cladem acceptam asserunt sed utrinq; cruēta acie dimicatum & demum normanis superantibus uenetum fugientem litus tenuisse. nec ducem administratiōe priuatum. sed tertio & uigesimo ducatus anno diem obiisse honorificeq; in diui marci templo sepultum.

Venetorũ ꝺ normanis uictoria

Venetorũ clades

Vitalis falerius Dux. XXXII.

u Italis falerius princeps sequutus est. is magistratum adeptus q̃primum missis ad alexium imperatorē cōstātinopoli legatis obtiuit. ut dalmatiæ & croatie īperiũ a latronũ manibus extortũ ueneto nomini perpetuo cōcederet eaq; loca ueneti legitime possiderent. legati ad hoc missi dominicus dandulus andreas michael iacobus aurius fuere quibus omnia haud grauate impetrata. per hec tempora henricus italie imperator ex taruisio uenetias accessit ad diui marci sacrarium uisendum. nam paulo ante miraculo dicitur altero exhumo aut muro erecto brachio diuum marcum se ciuibus ostendisse. falerius etiam lauretum uetustate colapsum instaurauit qui postea tertio decimo sui ducatus anno ex uiuis decessit.

Dalmatia & croatia uenetis concessa

Vitalis michael Dux.XXXIII.

u Italis michael dux suffectus est.anno nonagesimo sexto & mileximo huius temporibus urbano tunc põtifice om nes principes christianos ad recuperãdam terram sanctã ab infidelibusq; redimendam adhortante.classis ualidissi ma & quanta uix unq̃ antea comparata.in siriam missa est.ducente om nis generis naues fuisse dicuntur.quibus henricus cõtarenus & michael ducis filius cum imperio prefuerunt.Classis autẽ cum rodum appul lisset.uenetis a pixanis lacessitis utrinq; acriter dimicatũ fert.uicti dinde pixani duas de uiginti naues a uenetis captas amiserunt in quibus qua tuor hominum milia capta perhibentur.captosq; paulopost triginta tã tum ex nobilioribus obsidum loco retentis.restituta etiam classe uene ti dimiserunt.Classe deinde ad ioniam ducta smirnam urbem presidio destitutam ueneti occuparunt.hine diui nicolai corpus uenetias delatũ atq; in ede que apud littus est conditum.ueneti postea ex smirna pãphi lii ciliciiq; maris oram circũuecti in siriam concesserunt portumq; iopẽ sem tenuerunt.cum interim christianos duces hierosolimam obsidẽtes maritimo comeatu iuuissent.ex iope relicta classe agmine hierosolimã contendunt.ascalonemq; urbem maritimam expugnant.gallicoq; ibi presidio imposito caipham tholemaidi oppidum propinquum obsidẽt eamq; tiberiade primum in dictionem recepta post medũ capiunt.qua uis nonnulli asserant eas expeditiones gallorum non uenetorum fuisse alii autem ea sociis inter se armis iũctis utrorũq; auspiciis in siriam gesta his peractis classis domũm reducta est.Sub id tempus diui isidori cor pus in saluatoris ede conditum.in normanos rogerii boemundi fratris ductu greciæ & dalmatiæ oram infestantes ueneti icto prius fœdere cũ calamano panoniæ regis filio mouerũt brunduxiũq; sub primum belli appulsum occuparunt presidioq; illic relicto omnem maritimam oram terrore : & predationibus complentes non multo post classem preda honustam domum reduxerunt sub id etiam tempus malthidis femina ex sigifredi familia illustris cum a uenetis classe adiuta f rrariaʒ cepisset immunitatem in ea urbe perpetuam ob uictoriam quã uenetis iuuanti bus adepta esset eisdem cõcessit.his operibus peractis uitalis quarto sui ducatus peracto anno e uita discessit.

uenetorum in saracenos expeditio

uenetorum de pisanis ui ctoria

Veneti ascalonem tiberiadẽ & caiphaʒ capiũt

Ordelaphus faledrus Dux.XXXIIII.

o Rdelaphus faledrus ducalem administrationem assum psit.anno centesimo primo & milesimo eius primo regi minis anno ualida classis rursus in siriam est missa.cuius auxilio fretus balduinus tholemaidem expugnauit.eaq;

recepta ad ſinodem. admotam claſſem fuiſſe terreſtribuſq; balduini co-
piis coniunctam tradunt quorum uiribus ſidon inter paucos dies cap-
ta eſt. beritum etiam oppidum non ſine ingenti cede expugnatum his
magnifice geſtis motus balduinus ſacram in tholemaide edem forũ are
am uenetis tribuit ibiq; merum & mixtum cum gallis imperiũ nec una
in urbe tantu3. ſed toto hieroſolimitano regno multis additis ꝑuilegiis
uenetis conceſſit. ſub id quoq; tempus multa & ampla immunitatum
ꝑuilegia ab henricho impetrata dicuntur. miſſi ad hoc uitalis falerius.
ſtephanus mauroeenus. urſus iuſtinianus. Sub id etiam tempus pata-
uini taruiſinis & rauẽnatibus adiuuãtibus uenetis bellum intullerunt
belli cauſa. ex finibus ut ſepe alias orta: ad bebianam turrim a Venetis
occurſum. ubi aliquot breuibus preliis commiſſis demu3 totis uiribus
pugnatum. uictoriaq; apud uenetos fuit. uenerunt ex hoſtibus in ui- uenetorum
ctorum poteſtatem ſexcenti qua clade accepta patauini ad henrici auxi- đ patauinis
lium confugerunt. quorum deprecationibus motus ille cum legatis ue uictoria
netis egit qui ad eum ueronam acceſſerãt. ut ueneti patauiniq; omiſſa al
tercatione poſitis in eos finibus ab omni diſcordia abſtinerent. Fertur
etiam ſub id tempus maximum incendium urbem inuaſiſſe ignemq; lõ
ge & late uagatum. non paruam urbis partem conſumpſiſſe. paruo eti urbiſ icẽdiũ
am intericcto tempore. recenti incẽdio priore illo fœdiore urbs conſter
nata eſt: feruntq; eo ſexdecim urbis inſulas ab laurentii ede uſq; ad baſſi
fanum cum parte ducarii conſumptas. medoacum etiam ſub id tempo-
ris conflagraſſe dicitur. ac non multo poſt aquis ſubmerſum. ex medoa
ci ruinis lapides multi & collumne uenetis permittentibus elodiam ad
publicorum edificiorum ſtructuram aſportate. ex illario medoacẽſi ma
gnus monacorum numerus in ſorboli edem conceſſit. a gradonicis ſplẽ
didum cypriano templum muriani conditũ ad uirgines capiendas quæ
eidem cypriano medoaci ſeruiebant. a badoariis etiam religionis ſtudio
ibi crucis edes & zenobium priuato ſumptu erectum. per id etiam tem-
pus hiadrenſes magiſtratu expulſo a uenetis ad calomanum panoniæ
regem defeeerũt qui etiam uiolato fœdere dalmatiam inuaſus omne fe- hiadere de-
re dalmaticum nomen in dedictionem accepit & ut populos a uenetis fectio
alienatos ſibi cõciliaret. dalmatas omnes publico preconio libertate do
nauit. & poſtea in pannoniam reuerſus ſubita febre correptus moritur
cuius morte audita. qui relicti in preſidio fuerant uenientem uenetum
timentes fuſi fugatiq; tota dalmatia exceſſere. hiadera autem a uenetis
oppugnata receptaq; eſt. Deinde ſiccum quod etiam eo motu defeeerat
copiæ ducte, idq; etiam receptum. & muris quibus cinctum erat nuda-
tum. ceteraq; dalmatiæ loca uenetum imperium receperunt. pacata de-
mum prouincia prorogatiſq; finibus cum etiam ſuperatis croatiæ mon

tibus. quicquid in mediterraneis fuit armis subiecisset. ordelaphus cũ exercitu incolumi uenetias rediit. multis secum illirici generis primoribus in triumphi speciem ductis. uerum eius uictoriæ letitia ipsi duci & ciuitati parum diuturna fuit. nouus siquidem ex pannonia in dalmatiaꝫ exercitus uenit qua ex re ordelaphus. & uniuersa ciuitas haud cessandũ ratus maiore aliquanto quam antea classis & copiarum apparatu transmissit. hostibusq; circa hiaderam inuentis ferociter utrinq; neutro adhuc inclinante uictoria pugnatum est. Cum ordelaphus inter primos ubi plurimum periculi erat. ferociter pugnãs. tello ictus occubuit. morte ducis ueneti consternati solutis ordinibus fugam capescũt. multiq; eo prelio cesi plures capti. ciuitas eius cladis nuncio accepto merore affecta & de tuenda prouincia sollicita statuit quãprimum ad regem legatos mitendos a quo pacem aut si minus saltem inducias in aliquod tempus impetrarent. legati ad id missi uitalis faledrus ursatus iustinianus marinus maurocenus fuerunt qui cum rege in annos quinq; inducias pepigerunt. Ordelaphi corpus anno sui ducatus undeuigesimo uenetias dellatum in diui marci ede honorifice est conditum.

Ordelaphi interitus

Dominicus Michael Dux. XXXV.

d Ominicus Michael dux subrogatus est. anno uigesimo cẽtesimo & milesimo ad eum balduinus oratores missit. ut in asia cum q̃ualida posset classe transmitteret eiq; magna premia pollicitus. apparebat namq; nisi ueneta auxilia accessissent. q̃ in siria cristiani adepti essent. retineri amplius non posse. uix audita legatio est cum balduinus a daloco parthorum Rege: cum quo conflixerat captus. & caras perductus intelligitur. qua ex re Calistus pontifex magnitudine periculi motus cristianis rebus in siria maximo in discrimine existentibus per legatos dominicum ducem uenetosq; precatus est. ut q̃primum ualidissimam classem ad cristianam rem tuendaꝫ in asiam transmitteret. ad cuius rei adhortationem ut uniuersam urbeꝫ propensiorem redderet. ferunt urbis antistitem. iussu principis orationem ad populum grauissimam & pietatis religionisq; refertissimam habuisse qua ciuitas uniuersa ita commota est. ut omnes quamprimum q̃ maximam classem decernendam expediendamq; contenderẽt. instructe igitur triremes. ut quidam tradunt. centum. ut nonnulli autem ducente. & primum in dalmatiam concessum. ibiq; supplemento accepto dux secunda usus nauigatione. in ciprum contendit. Vbi de ingenti hostium classe quæ septingentas naues habuisse dicitur. certior factus ad iopenq; consedere. in eos ferociter mouit. obsidebant tunc barbari iopenses qui in cristianorũ fidem concesserant. terra mariq;. portuq; oc-

cupato exclusis ex omni parte auxiliis miseri ciues dedictionem differ re non poterant cum Michael impetu repente facto hostes inuadit: & cõfestim antequam hostium naues. in pugnam expedite essent. partim capti. partim occisi tota classe disiuncta uicti obsidionem soluerunt. aliqui cum ducentis tantum nauibus hostium in altum pugnatum. tradunt magnisq; animis utrinq; occursũ & atroci cruentoq; marte per duas horas dimicatum. demum uictis hostibus pretoria naui cum multis aliis capta michaelem ducem iopenses obsidione liberasse. paucis postea interiectis diebus michael decem honerarias eius gentis uaues mercibus honustas in altum secutus oppressit preda oppulenta inter socios nauales diuisa. itum postea tirum quam sortibus proiectis ueneti oppugnandam assumpserunt eaq; obsessa haud incruenta uictoria ceperunt pacti prius cu3 arimundo. ut tiri & ascalonis dimidium aut: ut aliqui tradunt. tertiam partem si eorum opera in cristianorum potestatem peruenirent. multis aliis & amplissimis in siria priuilegiis ueneti optinerent. uerum hemanuel greeorum imperator tantam uictoriam uenetis inuidens penes quos omne decus rerum eo tempore in siria gestarum erat apertum. in eos cepit moliri bellum ab eoq; uenetis mandatum. ut classis suæ prefectum ex siria reuocent. qui eorum dicto obtemperans ita in censusrodum transiens: quoniam comeatum rodienses denegassent. oppidum ui captum diripuit. inde profectus chium: unde corpus beati Theodori uenetias translatum est. pari clade afficit. deducta deinde classe samum inde lesbum andrumq; imperatoris insulas diripuit: methonem etiam spoliatum presidio muniuit. in dalmatiam deinde mouens hiaderam. unde magistratus uenetus fuerat repulsus. recepit receptamq; ut reliquis documento esset magna ex parte diripuit. spalatrumq; & tragurium ex ungaris captum. dictione uenetæ subiecit. lapidem preterea secum in patriam detulit: superquo apud tirum cristus rex noster sedisse dicitur. his tot tantisq; rebus gestis incolumi classe reducta Michael urbem ingressus est. ubi pro contione de rebus a se gestis locutus honorificis uerbis a patribus & omnibus ciuitatis ordinibus laudatus est. Sub eius etiam tempus edes caritatis zenobiumq; erectum. diui etiam donati corpus ex pera uenetias delatum est. & cum annos undecim rei publice prefuisset. princeps felicissime occubuit. eius corpus in uestibulo diui georgii. quod hodie etiam inuisitur honorifice conditum est.

uenetorum uictoria.

michaelis gesta.

Petrus polanus Dux. XXXVI.

P Etrus polanus michaelis defuncti gener. in ducatu successit anno trigeximo primo centeximo & mileximo. Sub huius tempus phanenses in Venetorum dictionem con

cessere. bonfilius michael qui saluatoris fano preerat. cum omnibus qui ibi sacra ministrabant canonicum dogma & habitum assumpsere. Cuius noui instituti innocentius pontifex auctor fuit. eorumque edes ab alexandro quarto postea dicata. a petro gatiloso etiam ad canalem orfanum edes clementi erecta. grauissime sub id tempus inter uenetos & pixanos discordiae suborte. earum causam pugnam illam fuisse tradunt ad rodum a michaele uitalis principis filio commissam. in qua pixani tota fere classe exuti magna affecti iniuria uidebantur. multe uarieque fuerunt clades ultro citroque illatae acceptaeque fuissentque multo maiores nisi romani pontificis ad deponenda amborum populorum odia auctoritas ualuisset. cum patauinis etiam sub id tempus pugnatum traditur. causaque ex incisione fluminis ad edem illarii orta. quo bello guidone monticulano terrestriu copiarum duce cruento utrinque marte dimicatum est. demum fusis hostibus ad trecenti & quinquaginta uenetias ducti sunt. uerum primoribus ciuitatis suppliciter deprecantibus culpamque scisi fluminis in temerarios quosdam plebeios transferentibus. captiui ad unum redditi. Sub id etiam tempus hemanuelle greciae imperatore per legatos petente. classis in rogerium siciliae regem instructa. is enim ex idrunto profectus ad corciram insulam uenit. eaque armis potitus in peloponessum. transiit ubi multa hostiliter gessit inde in saronicum dellatus circa corintiacum sinum omnem agrum ferro ignique uastauit. profectus inde ad ithsmum terrore & predationibus omnia compleuit. Thebas quoque bello captas diripuit demum inter euboios finem & boetiae oram quam photidem uocant. nihil inuiolatum reliquit. rebus igitur imperii in hunc modum accissis. hemanuel ad uenetorum auxilium confugit. a quibus per legatos implorauit: ut iure uetuste amicitiae rebus suis afflictis succurrerent. ualida igitur classis decreta est. qua ex portu educta polanus princeps continuo in hostes mouit cum interim classe aliquantum tempestate disiecta crapulanum portum tenente. princeps aduersa ualitudine correptus. Ioanne fratre & rainerio filio ad imperium classis dimissis. ipse uenetias reuersus est. Hemanuel etiam non parua ui nauium comparata. eaque uni ex suis cum imperio demandata. ipse cum terrestribus copiis in ciprum concessit. ad butrotumque castra posuit. ueneti autem corciram multis ex hostibus cessis plurimis uulneratis ui capiunt ualidoque ibi presidio imposito ueneta classis in siciliam mouit. qua in insula nullum cladis genus omnia igni ferroque uastando a uenetis est omissum. multi ex insulanis in captiuitatem ducti arbores sataque abscisa. plurime res incendio absumpte. eoque pacto constat greciae imperium eo tempore ut sepe aliàs uenetis armis defensum. his rebus gestis dux ipse. eo morbo quem foris contraxerat occubuit.

Veneti patauos uincunt

uenetorum in grecanicum imperium merita

d Ominicus maurocenus ducatum postea conſequutus eſt anno quadrageximo octauo centeximo ſupra milleximũ huius tempore aliquot triremes ad piratas arcendos miſſe quinq; anconitanas naues. mare latrociniis infeſtantes ceperunt. guiſcardus earum prefectus in poteſtatem redactus laqueo ſuſpenſus eſt. eodem tempore turris quæ in diui marci foro eſt opus ſane admirandũ erigi fundariq; cepta eſt. in polanos alioſq; hiſtriæ incolas latrociniis ꝓximum ſinum infeſtantes. ducis filius & marinus gradonicus cum quadraginta nauibus miſſi ſunt. polla obſeſſa ciuibus pacem implorantibus his conditionibus conceſſa eſt. ut bina milia olei pondo quot annis diui marci edi afferrent. parentinis etiam datum: ut ſi quãdo dux ad bellum iret auxilia preſtarent. emonenſes etiam annuum olei tributum & auxilia polliciti ſunt. anconitani quoq; per id tempus in uenetorũ ſocietatem uenerunt. & cum guielmo ſiciliæ Rege phedus percuſſum. multeq; ab eo immunitates uenetis in ſicilia negociantibus impetratæ. zenobium uirginis quod crucigeri tenent aguſonia familia conditum. condita & eo tempore mathei apoſtoli edes. hec domi foriſq; mauroceno duce geſta. qui anno ſui ducatus octauo uita exceſſit.

Tributarie hiſtrie urbes

Vitalis michael Dux. XXXVIII.

u Italis michael ſecundus in ducatu ſucceſſit. anno quinquageximo ſexto centeximo & milleximo. huius opera piſani omni preterita emulatione omiſſa in uenetorum amicitiam conceſſerunt. eoq; duce Alexandro tertio ſummo pontifici aduerſus Federicum barbarubram octauiano antipape fauentem ueneti patrocinio fuerunt qua nouitate freti patauini Veronenſes. Ferrarienſes iunctis copiis caput argeris adhortiui capiunt. uerum exercitu ueneto aduerſus eos exeunte direpto oppido accollis in captiuitatem ductis hoſtes trepide abierunt. Veneti autem hoſte non inuento hadrianos fines adhorti quicquid agri inuentum eſt. ferro igniq; uaſtarũt. Vlricus etiam aquilegienſis antiſtes gradum occupat: qui mox ſubito ducis acceſſu oppreſſus cum duodecim canonicis aliiſque pleriſque ex nobilioribus uenetias delatus eſt. & paulo poſt his conditionibus dimiſſus. ut quot annis taurum cum decem ſuibus ſtatuto die uenetias mitterent. qui ad perpetuam illius rei memoriam frequenti populo cederentur. uerum ea nonnulli angelo particiatio aſcribunt. Sub id tempus a manuele imperatore uenetis nouum eſt bellum illatum. is namq; a Guielmo ſiciliæ Rege cui filiam in matrimonium de

hemanuelis in uenetos bellum

sponderat bellum sibi inferri simulans a uenetis petiit ut sibi auxiliares copias mitterent. id cum a uenetis esset denegatum. quoniam cu3 eo rege pacem paulo ante fœdusq3 sanxissent. Ex eo quasi legittimam nactus inferendi belli materiam. continuo imperator. edicto publico omnes uenetos negociatores ex grecia reuocauit confestimq3 subito accessu spalatrum ragusium traguriumq3 ademit. maioremq3 deinde dolum inectens greca usus calliditate. eo se consilio eas urbes occupasse dicit ut uenetos ad pristinam amicitiam reduceret: per legatos igitur mandat uenetis licere per greciæ emporia tuto negociari qua fretis pronunciatione uenetis non ignaris ob uetera sua in imperium beneficia q̄ gratum hemanuelem in socios esse deceret non parua nauium uis questus cupiditate in ea loca concessit. missiq3 reuocandæ amicitiæ studio Sebastianus zianus & aurus mastropetrus. legati uix constantinopolim appullerunt cum hemanuel die constituto uenetos omnes cum nauibus & mercibus detinet. pecunias & res omnes in publicum reddigit. legati quoniam iure gentium uiolari non poterant. dimissi. ante eorum aduentum. ex nonnullis qui in ea trepidatione fugā capescerant. uenetias nunciatum imperatoris perfidia omnes suos cum nauibus rebusq3 omnibus toto greciæ imperio interceptos: qua rei atrocitate ciuitas commota ad ulciscendam iniuriam conuersa. Validissimam confestim classem decernit. Centum triremes intra centum dies mirabilli celleritate constructas constat. classis in altum deducta. Michaeli ducis auspiciis ex Histria et Dalmatia supplemento accepto tragurium ui captum funditus euertit. Ragusium quoque receptum murorum parte eunturi: in qua fixa erant imperatoris signa. demolita. diripuit. deinde in euboiam dellatus Michael cum se ad oppugnandas urbes pararet. tam ualidæ classis timore perculsus insulæ prefectus arte agendum ratus hemanueli consilii non ignarus ut ualidissimi hostis cursum uictoriæ retardaret cum Michaele egit: ut constantinopolim legatos mitteret. Pro certo affirmans Hemanuelem. nullam pacis conditionem aspernaturum. Missi aquilinus antistes & manases baduarius. interim dux ad chium insulam transit urbemque cum tota insula in dictionem accepit. Et quia in pacis expectatione esset: cum iam hyems appeteret ab armis in Hemanuelem cessauit. ille autem: ut callido erat ingenio: a dolo non discedens pacem non detractare simulans nunc petere aliqua: nunc alia negare. modo legatis aures prebere. modo eis aduersari. & in dies de industria alia atque alia causando remque in moram trahendo per plurimos dies Venetos ludificatus est. Demum re infecta legati ad michaelem redierunt. interim pestis attrocissima ingentem uim homi

hemanuelis in uenetos perfidia

hemanuelis fraudes

num oppressit fama tenet ab Hemanuele proxima flumina: unde ue netia quabantur. infecta fuisse ex eoq; perniciosu3. morbum tota clas se contractum. ferunt ea clade uniuersam iustinianam familiam extin ctam cũ ex ea omnes qui per etate3 arma ferre poterant ad id bellum exi uissent. romanos fabios imitati quorum sex & trecentos uno prelio oc cidisse compertum est: eius familie perditionem ciuitas egreferens ad eam reparandam. ex ea gente unum tantum superstitem in diui nicolai fano sacris initiatum impetrata a pontifice publico nomine religionis solutione. ex cellibatu ad coniugium transire coegit cuius deince ps sobole. iustiniana familia redempta est ex qua plurimi iam inde cla rissimi uiri. & in primis nostris temporibus laurentius iustinianus san ctitate uitæ & miraculis clarus & leonardus bernardus q; filius. senato res clarissimi & oratores prestantissimi efluxerunt. classe ea clade nõ pa rum consternata. michael ne omnino in otio & dessidia rempu. perdere uideretur ex chio lesbum transmissit. inde lemnũ. ex lemno scirum tran sit & quia morbus nichilo remissius urgebat. multiq; quotidie cade bant. multis clamoribus grauibus q; criminationibus dux deteritus. classem magna ex parte laceram & consumptam uenetias reduxit. ea a pulsa continuo peste tota urbe infecta miserabilius q̃ foris pauco tem poris spatio in numerabiles mortales comsumpti. populo igitur ad con cionẽ uocato. oẽs accepte cladis culpã inducem conferebant. cum reipu. proditorem & miserorum sotiorum carnificem appellabant. qui tam inclitam occasionem uictoriæ hemanueli obsequens turpiter amisisset & quod deterius esset totam classem grecorum insidiis expositam ue neneno perdendam obiecisset. & cum de eo supplicium summendum omnes obstreperent. neq; purgandi sui duci facultas daretur. appareret q; capitis discrimem iminerẽ clam ex contione dilapsus. ad zacarie fa num iter intendit. in eum quidam obuium factum grauissimum intu lit uulnus ex quo decimo septimo sui ducatus anno miserabiliter obi it. fuit alioquim uir suma probitate preditus. eius phunus frequen ti populo cellebratum est. eo occiso decemuiri tunc primum creati di cuntur ad seditionem tollendam. qua sepenumero ciuitas uessata erat hiq; sacramento adacti neminem se ducem declarari passuros quem rempu. non esse intelligerent. nec desunt qui ad paricidium uindican dum. creatos decemuiros dicant ut per omne tempus si quis sumum magistratum uiolasset. in eum atroci supplicio animaduerterent. aliqui quadraginta uiros q̃ principe3 legerent tunc creatos asserunt. & cum de creando principe comitia habenda essent. atq; ad aurium mastro petrum omnium ferre uoces inclinarent. uirum admirabilis innocen tiæ feruntur ut erat singulari impatriam pietate; electores constantissime

ueneta clas sis ueneno pene consũ pta.

uitalis cedes

adhortatum fuisse ut in alium reipu. utiliorem sua studia conuerte-
rent. cumq; esse sebastianum zianum opibus potentem qui non con
silio solum. sed facultatibus etiam ea tp̃e nouitate adiuuare rempu. pos
set. Non fuit temere audita uox. eius namq; secuti consilium patres
zianum principem declararunt.

Sebastianus zianus. Dux. XXXVIIII

[S]Ebastianus zianus miro optimatum & populi consen
su dux declaratus est. sub primo eius tempore tres mi
ræ magnitudinis collumne ex grecia delate sunt ex qui
bus una cum e naui thraeretur artificum ingenio supe
rato in profundum est demersa. relique due cuiusdã
ex cisalpina gallia profecti opera in conspectu fori erecte. hic etiam pri-
mus ad riuumaltum pontem adiunxit. opifici ex publico anuum uic-
tum multaq; alia munera concessa. hemanuel interim cum q̃ graui-
ter post deductam classem ciuitas pestilentia laborasset. & de principis
cede resciuisset. ne ullum perfidiæ genus in uenetos intentatum relin-
queret. henricum dandulum legatum. iure gentium uiolato. tamdiu
candentia era inspicere coegit quoad oculorum acies amitteret. hic eti-
am anconitanos a uenetorum societate alienauit. uerum ariminensibus
in socios acceptis. ueneti ita illis mare clauserunt ut parum ab obsidio-
ne abessent: in hoc statu uenetis rebus constitutis. alexandri tertii sum
mi pontificis cum federico imperatore discordia inclitæ uictoriæ uene-
tis materiam prebuit. scismate namq; inter alexandrum pontificem &
octauianum antipapam orto. dellata ad federicum cognoscenda re. cuz
ille impartes antipapæ declinaret. in dicto apud diuonez galliæ concilio.
accersitisq; alexandro & octauiano. quia illuc accedere alexander noluit:
federicus ira incensus in italiã cum ualidissimis copiis descendit. & anti-
papa premisso ipse paulo post in cisalpinam galiam transiit. sed ante ei9
aduentum. octauianus luce diem obut cui in alexandri inuidiam federi-
cus guidonem parmensem surrogauit. traiectoq; ratibus pado in agruz
bononiensem descendit. & anconem admotis armis aliquamdiu ob-
sessam in suam reddegit potestatem demum romam uersus ut alexan-
drum opprimeret. hostiliter mouit. eius aduentu territus pontifex dua-
bus triremibus siciliæ regis usus gaietam primum. deinde beneuentuz
concessit. & cum nullibi se tutũ in reliqua italia existimaret. cepissetq;
etiam guielmi siciliæ regis fides suspecta esse. per apuliam ad garganuz
mõtẽ trãsiit. eo liburnico nauigio hiaderã delat9 ĩde ignoto habitu uene-
tias ueluti ad ultĩuz libtatis dõicilium trãsfugit. nec hic quoq; satis fidẽs. dis-
simulata quã gerebat p̃sona aliquãdiu hũili habitu ad caritatis zenobiũ

belli ĩter alexandrũ & federicũ cause

alexãder uenetias uẽit.

latuit. uerum a quodam. cui comodo cognomen fuit cognitus & principi palam factus. perbenigne & honorifice: ut pontificē decuit. a ziano exceptus est. factaque illi pacis cum federico conficiendæ aut pontificiæ dignitatis recuperande spe. quamprimum ad federicum legatio decreta ē quē publico nomine rogatum mittunt ut cum alexandro pontifice in gratiam redeat facturum rem tum uniuersis cristianis ualde utilem: tum uenetis ipsis non parum gratam. fertur litteras ad federicum de fide legatis habenda. cum cera: ut moris erat: obsignari princeps. iussisset. pontificem ut plumbo munirentur mandasse quod ad hunc usq; diem obseruari uidemus. legati ad federicum profecti ubi de pace. cum alexandro mentionem fecerunt. ille ira incensus. ite inquit & hec principi uestro & populo nunciate. romanum imperatorem. ab eis hostem reposcere quem nisi quamprimum miserint. fore ut pro imperii hostibus haberentur. conuersurumq; se omnes imperii aduersus uenetos uires. futurumq; ut paulo post. imperatoris signa ante diui marci edem conspicerent. redeuntes legati ferocissimum federici responsum atulle-runt quo ciuitas comota classem ad maris imperium defendendum decernit. dum igitur in tanti belli expectationem ciuitas erecta esset trepidissimis nunciis affertur. othonem federici filium cum septuaginta quinq; triremibus haud procul abesse. quo nuntio audito ueneti q̄ maxima possunt celeritate classem expediunt. interim a pontifice cum omni clero supplicationes fiunt prosperam nauigationem prosperam pugnam duci uenetisq; omnes deprecantur inde ad zianum pontifex conuersus classem ingressurum aureo ense aliisq; equestribus insignibus illum decorauit. ille aut ex portu soluens cum triginta triremibus hosti ire obuiam pergit & in histriæ ora haud procul a salboria quæ in piranensi tractu est hoste inuento in eum ferociter inuehitur. & atroci pugna aliquandiu dimicatum. demū deo iuuante qui iustam belli causam non deserit. hostium classis fusa fugataq; est. triremes octo & quadraginta capte due in mare submerse. otho ipse captus cum regia naue uenetias ductus est. ziano reuerso pontifex primum uictoriam gratulatus deinde aureum tenens anulum accipe inquit. dux. & me auctore. ipsum mare tibi hoc obstrictum pignore desponsato. idque deinceps cum tuis successoribus quot annis statuto die seruabis: ut omnes posteri intelligant. maris possessionē iure belli uestro deberi imperio. othoni in captiuitatem ducto. cum se. si dimissus esset enixe curaturum pollicitus esset. ut paulo post. cum pontifice & uenetis pater in gratiam rediret. data redeundi fide concessum. ut ad federicum patrem iret. ut eum si posset ad pontificis & uenetorum amicitiam reduceret. othonē ad federici cōspectū adductū. eo maiore leticia pater excepit quo magis de eius salute dubi-

littere plūbo obsignātur.

ferocissimū federici responsum.

inclita uenetorū uictoria

otho captus ad patrē remittitur.

tauerat & post mutuos complexus cuȝ aliqua inter se de ratione belli cō mentati essent. iurassetq; otho nullum in ea pugna strenui imperatoris officium a se fuisse pretermissum. sed pro certo credere ex iniusta belli causa eam acladeȝ diisse. orare deniq; cepit ut cum alexandro & uenetis pacem iniret. ab eoq; bello desisteret in quo non homines solum. sed ipsum deum & superos omnes sibi aduersos esse cognosceret. eius precibus motus imperator continuo ab armis ad pacem conuersus. cum uenetis de pace cum alexandro ineunda conuenit. & publica fide accepta. uenetias uenit. petrus principis filius cum sex triremibus rauēnam usq; officii gratia ei obuiam accessit. ille uero ubi uenetias uenit. alexander pontifex. in templi uestibulo sella sedens aurea. federicum ad se uenientem expectauit. is ubi appropinquauit humi prostratus alexandri pedes osculatus est quem manibus subleuatū continuo pontifex ad oris osculuȝ admissit. inde eis ad diui marci aram accessis. federicus a pontifice ueniam supliciter petiit. eumq; ut uerum pontificem & cristi uicarium ueneratus est. ferunt cum umbelle due pontifici & imperatori adducte essent. pontificem tertiam uenetorum duci afferri iussisse qua ille compo- steris perpetuo uteretur. candidum etiam cereum in honorem principi a pontifice donatum. nec multis interiectis diebus federicus & paulo post alexander uenetiis abierunt. & cum romaȝ pontifex accessisset. esset que ingenti leticia a suis exceptus. cum argenteas tubas inter reliqua officii genera conspexisset. ad eos conuersus qui ei ministrabant ex ipsis tubis. octo cum totidem aureis uexillis ueneto duci in adeptæ uictoriæ memoriam afferri iussit. simulq; aurea sella ab ipso donata. que omnia ueneti principes perpetuo gestum habenda acceperunt: Hæc ziani temporibus felicissime gesta. qui republica integre administrata cum senio confectus esset. anno sui ducatus octauo ex humanis excessit. & ad fanum diui georgii translatus est. cuiꝰ zenobio non parua predia apud mercatoriam uiam legauit. ab eo etiam diui marci edes priuata impensa non parum ornata. cui etiam plura & ampla circa forum edificia publice errogauit.

federicus uenetias uenit

que pontifex uenetis concesserit.

Aurius Mastropetrus Dux. XL.

a

Vrius mastropetrus in ducatu successit. anno septuagesimo octauo centesimo supra milesimum. eius primo administrationis tempore cum pixanis ab anconitanoȝ societate alienatis indutie in decem annos sunt pacte. cum antea anconitani pixanorum amicitia freti mare non parum infestum aliquamdiu uenetis reddidissent. hiadera per id tempus ad panonie Regem quarto a uenetis de-

fecit. aduersus hiadreses exercitu classeq; in dalmatiã subito transmissa. hiadrensibus obsideri ceptis insule, locaq; urbi circuniecta uenetum imperium receperunt. urbs ualido regis presidio munita aliquamdiu obsidionem sustinuit. uenetis eo bello occupatis cum cristiani principes ad recuperãdam hierosolimã: unde a saracenis saladini auspiciis galli deiecti fuerant. arma inducerent. inducie cũ belga pãnoniæ rege põtificis hortatu in bienium sunt pacte. & ne intam sancta expeditione ueneti cessarent classis ingens decernitur que ex uenetiis soluens cum pixanis adiuncta ingenti nauium numero in syriam traiecit. fuerunt in ea expeditione fedricus imperator. qui armenia minore in potestatem suam redacta. postea lauandi studio amnem in explorato ingressus in undis periit: filippus gallie & ricardus britaniæ reges. otho belgarum dux multaq; alia fuerunt clarorum uirorum & principum auxilia. sed aliquãto post classem uenetam pixanamq; accesserunt. tholemaidam igitur utraq; classe oppugnare adhorta. postea duorum regum aduentu iunctis simul castris cristianorum res ualidiores sunt facte. cum antea in ipsis castris a cristianis fame & rerum inopia laboratum fuisset. & cu3 ab hostibus obsidio absolui non posset. statuit saladinus cum cristianis classe confligere dolloq; uiribus addito. honerariam nauim serpentu3 plenam. ad primum pugnæ impetum cristianis obiecit uerum anteq̃ barbari arte ulla uti possent naue illa ante portum submersa. reliqua classis fusa fugataq; est. oppidani autem desperatis auxiliis deditionem fecerunt. eoq; pacto tholemais recepta. uenetis quod iure belli antea sibi aquisiuerant. restitutum est. hec aurio duce domi forisq; gesta: qui anno sui ducatus nonõ. uel ut alii tradunt. quarto decimo monasticam uitam secutus ad crucis fanum diem obiit.

noua in saracenos expeditio

Henricus dandulus Dux. XLI.

h Enricus dandulus quadraginta uirorum suffragio dux creatus est anno nonagexímo secundo centexímo. & milexímo. huius temporibus ueneti fines non parum propagati. Veronensibus quoniam uenetis athesim nauigantibus ui3 intulissent. ueneto comertio interdictum. classis quia suplemento opus erat ex syria reducta est. pixani in adriaticum classe flectentes polam tributariam uenetorum urbem oppressere. cuius rei indignitate moti ueneti classe comparata. polã transmittunt. urbeq; recepta aliquot hetruscas naues illic inuẽtas incẽdio absumpserũt. polæ menia. ne amplius ibi pixanis receptus esset dirupta. methonem deinde classis ueneta concessit ut cum pixanorum honerariis nauibus quas illuc ex pola profectas intelligebat cõfligeret. q̃bus in cõspectu urbis p̃te

reuntibus ueneti occurunt ubi fusis fugatisq; etruscis nauibus due ex-honerariis ea pte sunt.nec multo post pax est cū pixanis confecta. cum peregrino aquilegiensi antistite per id tempus est fedus percussum in cu ius gratiam taruisinis urbis comertio interdictum est.non parua tunc propagandi imperii occasio uenetis oblata.erat per id temporis grecie imperator isacus uir cristianis amicissim9. huius erat alexius frater natu minor. cui tantum indulsit ut nihil sibi.preter imperii nomen relique rit.sed ingratus frater beneficiorum oblitus isachum dollocaptum exce cat & in uincula conicit. adiciensq; sceleri scelus ad fratris filium pue rum uix annum duodecimum.ingressum omni studio necandum ani mum adiecit.is autem amicorum auxilio adiutus salutem sibi fuga que siuit.uenerant per id tempus uenetias baldunius flandriæ & henricus pauli comites & allobrogum montisferratiq; duces aduersus turcos in a siam traiecturi qui cum uenetis pacti sunt ut peditum octo milia equi tum quatuor & quingentos ad traicium bosphorum cum comeatibus conuectarent.pro his non parum auri pondus polliciti.uerum cum spe omnium tardius milites affuissent.accidit ut duces consūptis quas pro copiarum uectura comparauerant pecuniis.coacti sint eas mutuuȝ a ue netis poscere. quas non solum ueneti prestiterūt sed dono etiam dedisse dicuntur maioraq; etiam polliciti sunt si ad histriæ oram & hiaderam to ciens rebellem recipiendam auxilio esse uellent.id non solum uenetis concessum sed in annum etiam federa inita ut hi triremes sexaginta. in eam expeditionem compararent in easque sua impensa extructas su os milites imponerent. & quecunq; in dalmatia reciperentur. uenetorum essent. ex reliquis quicquid oppidorum aut prædæ caperetur illis dimidium deberetur. classe igitur instructa henricus.princeps uenetiis profectus. Sub primum tante classis aduentum. Nam adducente & quadraginta naues fuisse dnr. tergestini & alii histrie acolle.metu pculsi pacem orantes se henrico dediderunt qui eos ea cōditione accepit ut ter gestini humagensesq; quot annis quinquaginta uini urnas tributi no mine uenetis mitterent. hiaderaȝ postea classis trāsmissa.in cuius oppu gnatione q̄a ualido p̄sidio erat munita, aliq̄diu laboratū. multoq; undi q; cruore effuso oppidum sepius est oppugnatum demum urbs armis recepta.hiadrensium primores defectionis auctores exilio mulctati. ue netis gallisq; ducibus apud hiaderam hibernantibus.alexius puer. hisa chi filius ab impiis patrui manibus ereptus. superuenit. multaq; de in uiria patrui conquestus orare cepit ut pro ueteri parentis sui in uenetos studio proq; oībus beneficiis q̄bus sepe cristianos toto suo regno iu uisset. afflictis rebus suis succurrerent pro quibus magnū auri pondus non paruaq; premia proposuit que recepto imperio p̄stiturū affirmauit

noua in turcos expeditio

cius lacrimis & pollicitatioib9 moti ueneti galliq; duces ex dalmatia mouerunt & constantinopolim uersus cursum tenuerunt. illis discessis hiadrenses profugi histrie dalmaticq; oram latrociniis infestissimam reddidere. ad uersus eos noua classis comparata. quam cum hostes parari resciuissent pacem pattentes his condicionibus impetrarunt ut liberis uenetias missis exules in patriam redirent utq; eorum ecclexia gradensi antistiti pareret. & quot annis mille cumniculorum pelles ueneto duci dono mitterent. ueneti galliq; ionio & egeo inde elesponto superatis ad bossorum peruenerunt & dum cretam insulam preterlabuntur. cretenses per legatos ipsam insulam alexio puero dediderunt qui eam bonifacio montisferati sibi cognatione cuniuncto condonauit. inde uero constantinopolim classe profecti terra mariq; urbem oppugnant. theodorum alexii tirrani generum erumpere conantem in tramenia cum ingenti cede repellunt urbemq; biduo continuata oppugnatione ui capiunt. aufugerat nocte alexius magno auri pondere apud hirenem filiam deo dicatam humi defosso. introductus in urbem alexius puer. & hixachus ex uiculis in medium productus magno populi fauore imperium receperunt qui non diu superuixere pater enim senio morboq; cōfectus filius autem mactillo quodam. auctore primum ueneno petitus postea gladio confectus interiere bixancio recepto imperatoribus q; defunctis. balduinus flādrensis uenetorum gallorumq; ducū auxilio imꝑator declaratus est. cui ueneti tomā maurocenū antistitē subiecerūt. interea bonifacius monferatus thesaliæ regno potitus suadente balduino magno auri pondere accepto cretam. insulam. ut sotiis que ꝑmissa erant exsoluerēt habendā uenetis traddidit. tomas interim cōstantinopolitanus antistites ex roma reuersus ubi oīa ab inocētio tertio pontifice ad erete confirmationē impetrandā ex sententia cōsecutus fuisset. essetq; in greciam migraturus triremibus quatuor acceptis. ragusium quod a uenetis defecerat recepit. & dirachio quem greci imperatores destitutum reliquerāt pressidium imposuit. his rebus gestis henricus anno sui principatus tertio decimo obiit & in diue sophie atrio sepultus est.

ereta insula uenetis ex federe cessit.

Petrus zianus Dux. XLII.

P

Etr9 ziāus dux. successit. fuit his sabastiāi ducis fili9 & cū arbe comes esset princeps est declaratus. anno quinto du centeximo & mileximo. p hec tempora ueneti q bixantii erant uenetum pretorem ibi creauere. quam creationem dux patresq; uenetiis approbarunt creatus igitur marinus zenus qui primus oīum nouū bixantii magistratū gessit. ueneti aūt maritimæ rei tūc maxime studentes cū oīa publice obire non possent ut loca imperii quæ

illis ex federe contigerāt. comodius retinerent publico edicto proposito priuatis etiā ciuibus negotuim dederūt ut quas uellent impii insulas occuparēt. in his locis ius quod sibi armis aquisiuissent paucis exceptis. modo infide permanerent. perpetuo habituri. unde multi ciues insulas egei et ionii maris occuparūt. marcus dandulus. & iacobus uiarus galipolim tenuerunt. marinus sanutus aliquibus in sotios assumptis naxuꝫ parū. molū. nerinā andrūq; subiecit. rabarius carcerius euboiā. aliiq; aliquot alia loca optinuere. interī uēta classis cū una & triginta triremibus rainerii danduli & rogerii premarini auspiciis in altum deducta leonem uetranum genuensem. uirum ea tempestate in exercenda piraticha illustrem cū nouē longis nauibus obuiū habuit & cū eo triremes cōgressi illum fuderūt oppresserūtq; uetranus captus corcirā ductus suspēdio necatus est. corcira recepta ueneti inde digressi metonē primo. deinde coronē expugnāt. henricus interiꝫ cognomento piscator peloponēsi9 comes genuensibus nauibus fretus cretaꝫ occupare conatus est. sed rainerius classis prefectus nō solum insulā tutatus est. sed etiam quattuor genuensiū naues circa littora oppressit. & ut rebellē cretam in fide armis continerent anno ducentexime quarto decimo & milleximo ueneti missis eo ciuibus q̄ plurimis ex patritio ordine equitib9 ex plebeio peditib9 eā in coloniæ formā redegere. aduersus genuēses maria grauiter infestātes ioānes triuisanus cū nouē nauibus est missus. qui circa sciciliā cū hostibus congressus duodecim coꝝ naues oppressit unde paulo post cum genuēsibus pax secuta est. cū patauinis deinde ex leuissima causa bellū est exortū. taruisini lōga pace florētes cū ludis & lasciuiis se oblectarent castellum media in urbe pellibus murorū loco munitū uirginibus thuendū tradiderūt. adolescētes nobiles arcē oppugnabāt. missilia quib9 utrinq; utebāt. poma. pira similiaq; id gen9 in pillaꝝ speciē destinauerāt ad id spectaculū ueneti non pauci & multi ex patauo inuitati confluxerunt & cū ad loci oppugnationē oīum animi intenti essent. ueneti primū in castellū inrūpētes signa erāt illaturi quod cū patauini quidā conspexissent. uenetorū gloriā inuidentes. uexillum cū diui marci efigie a signifero captū turpiter infregerūt. continuoq; ad arma cōcursuꝫ. fuisset q; nō sine cruore dimicatū nisi ludoꝝ presides soluto spectaculo certamē diremisset. iratis tn̄ utrinq; animis discessum. sed patauini culpe conscii iniuriā ꝓsequentes taruisinis in sotios assumptis uenetos fines ingresi nō paruā predam abducentes bebianā turim oppugnare adhorti sunt ueneti aūt duplici iniuria irritati sumptis armis circa turiꝫ hostes adhorti fuderunt oppresserūtq; quadrigētis ex hostibus cū signis militaribus i potestatē redactis qui uenetias missi sunt. ueꝝ aqlegiēsis antistitis suasu. pax his cōditiōibus cōfecta est ut uiginti quīnq; ex illis q̄ in taruisino

noua uenetoꝝ colonia in cretam.

belli patauini causa

ſpectaculo primi iniuriā ītullerūt uenetias mitterent.q & ipſi paulo poſt in uiolati dimiſſi ſunt Sub id tēpus corcirā aliquot uiri nobiles uelut ī coloniā ſūt miſſi.ad othonē impatorē.etiā oratores miſſi ſūt ob uictoriā aduerſus philippū ſuauiæ ducē ab eo partā gratulātes. a quo ueterū immunitatū approbationes ſūt impetrate. zianus dux priore cōiuge defūcta cōſtantiā tancredi ſicilie regis filiā uxorē duxit ex quo filios habuit unū marē alterā feminā. petrus anteſiodorēſis Comes impator declaratus in turcos ꝓfecturus uenetis triremibus acceptis indalmatiā trāſmiſſit & in uenetorū gratiā dirachiū pugnare adhort9 eſt ſed theodor9 epiri dux qui urbem tenebat ſimulata pace petrum hoſpitaliter inuitatum inter conuiuia interemit. robertus eius filius ex panonia conſtantinopolim ꝓfectus imperator eſt declaratus. qui paulo poſt ex roma rediens ob in iuriam uxori ſue illatam apud pontificē queſtus in achaia obiit. p id tēpus genuēſes uenetorū emuli miliacū comitē ad cretæ inſulæ ſtatū a uenetis adimendū perpulerūt. ille aūt genuēſiū auxilio fretus totā ferre inſulā breui temporis ſpatio in poteſtatē ſuam redegit. ueneti autē ad eius inſulæ poſſeſſionē redimendā. claſſem ualidam decernūt cui raineri us dandulus uir in genio & opibus potens cū imperio prefuit. hunc. n. ferūt cum multi ex patribus urbes & loca inſulæ recipienda ſolo equanda cēſerent. ſe omnia in poteſtatē redacta priuata impenſa defenſurū ꝓfeſſum fuiſſe. claſſe appulſa. q̄primum candida urbs cum reliquis oppidis atq; arcibus recepta miliacus comes ſub conditione acceptus ex inſula abiit nec multo poſt. noua inſula ſeditio exorta gragiis quibuſdā omnia perturbantibus. ad quorum motus comprimendos rainerius profectus. obtruncatur. eius morte audita iacobus longus & leonardus nauigaioſus cum duodecim triremibus ad inſulæ preſſidium miſſi ſunt. & cum his iacobus tepulus qui ducaria poteſtate inſulæ preeſſet. in peloponeſſum etiam ad methonis coroniſq; preſidiū rafael zenus eſt miſſus & ut inſulæ ſtatus tutius ī fide contineretur. noua incretā collonia decreta. prediaq; multa & ampla uiritim diuiſa. colonia deducta agioſtefanite opibus & nobilitate inter cretenſes inſignes ab imperio deficientes mirabellum & ſithiam occuparunt. ad eorum conatus auertendos tepulus dux marcū ſanutum cum magna inſulanorū manu premiſſit cuius opera haud magno negotio defectionis auctores expulſi opidaq; recepta. ortaq; deinde inter tepulum ducē & ſanutum diſcordia non parum ipſius inſulæ ſtatū perturbauit. uiſus namq; ſanutus eſt inſulam ipſam a uenetis alienatam ſibi uelle uendicare fuiſſentq; eius conatus non omnino irriti niſi dominicus quirinus & ſebaſtianus betanicus legati cum ingentibus copiis ad ducis ſupſidium preſto fuiſſet. his auxiliis fretus dux candidam urbem & reliqua inſulæ loca recepit. ſanutus ſub condi

inſulæ crete defectio.

noua in cretam colonia

tione acceptus ex insula abire est premissus nec multo post noui in cretam motus exorti.nonnullaq; insulæ loca ab imperio defecerunt. paulus quirinus dux ad huiusmodi motus choibendos petrum tonistum & iouannem grittum:cum exercitu mittit.eos constautinus seuastus & theodorus melisinus insidiis exceptos fugant opprimuntq; ingensq; uenetorum cedes agrecis edita.in quibus multi nobiles fuerunr. dominico autem dolfino insulæ duce sucedente pax est cum grecis confecta.hec ziano duce domi forisq; gesta.qui cum anos duos & uiginti reipu presuisset senio confectus sponte se magistratu abdicauit & in diui georgii fano ubi post ducatum parum uixerat. ex humanis decessit.

Iacobus tepulus. Dux. XLIII.

i Acobus tepulus dux suffectus est anno uigeximo octauo duecenteximo & mileximo.huius ducatu res cretæ nō minus q̄ antea in quiete fuerunt.fordilli namq; & melisini omnia latrocinis infestantes insulanos ad defectione3 adhortabantur.ad eos conatus euertendos dux marcu3 sanutum cumcopiis aduocauit.insulani ad defectionem spectantes ad ioannem uatacinum lesbum mittunt eiq; insulæ imperium pollicentur. is tres & triginta naues in cretensum auxilium misit quibus apropinquātibus marcus sanutus cum omnibus copiis ex insula excessit.classis prefectus urbes oppugnare adhortus rethiniam milopotanum. castrum nouum dedentibus prefectis in potestatem suam redegit ad castellum postea quod bonifacii dicitur oppugnandum cōuersus:ducis interuētu qui ex candida cum exercitu mouerat.inde abire compulsus est & quia uictorie cursus non ita facilis apparebat.,uidebaturq; non sine periculo in insula diutius inmorari.rebus hominibusq; in naues impositis ex creta excessit.classis apud;creta3 insulam feda tempestate iactata tota fere fluctibus absumpta est.insulæ loca que ab imperio defecerunt recepta. sunt.compositis cretensum rebus.non minor deinde cura uenetos incessit.exagorarum namq; rex & ioannes uatacius inito interse federe ad bixantium oppugnandum totis uiribus arma parabant.qua re motus theofilus bixantii gubernator.& theofilus zenus pretor. ad tepulum ducem mittunt denouo duorum principum non nulgarium apparatu significantes.ciuitas igitur rei periculo comota.classem decernit.quinq; & uiginti triremes paucis diebus instructe.eorum imperium ad leonardum querinum & marcum gussonium delatum.classe i altum deducta nunciatur hostinm classem bixatium oppugnare.eo nuntio classis perfecti comoti.celleri nauigatiune constantinopolim contendunt. audito

noui creten sium motus

uenetorum aduentu. leo gaualla hostium classis prefectus soluta statione classem soluit. in eam uenetus inuectus paruo temporis momēto quattuor & uiginti hostium triremes. reliquis in mare disiectis oppressit. urbēq; obsidione liberatam ingreditur. pauloq; post classis uenetias deducta est. nec tamen diu hostium conatus quieuere. uatatius namq; quinq; & uiginti triremium classe denuo comparata. bisantium iterum obsidere adhortus est. in quem ioannes michael tunc urbis pretor triremibus sexdecim quæ in portu erant paratis inuectus. decem nauibus captis hostiu3 classem fudit fugauitq;. cum genuēsibus per id tempus in nouem annos inducie pacte sunt. gregorio pōtifice ad id utrosq; maxime adhortante. per id etiam tempus ecezellinus homo obscuro genere hortus & a federico opibus & auctoritate auctus. in italiam magnam tirannidem sibi comparauit qui patauinos magnis policitationibus adhortus sedissimum illis tunc primu3 seruitutis iugum iniecit. & cum in eos sceuissime crassaretur. quamprimum patauini uenetias tamquam ad ultimum libertatis refugium confugerunt. Cumque uniuersa fere italia Federici & excellini armis uesaretur. Fertur Tepulum principis filium apud Mediolanum dimicantem a Federico captum. & in apulia missum miserabiliter trucidatum fuisse. Federicus autem Venetis infensus quoniam gregorii pontificis partes aduersus eum thuerentur cū a pontifice anathemate notatus & imperio priuatus fuisset. uel quia cethea nauis mille uiris honusta qui Federico militabant. in siponti portu a Venetis oppressa combustaque fuerat. Venetos fines hostiliter inuadit & ad illarii edē progressus inde bebianā turrim citato agmine petit. uerum magna leuium nauigiorum ui in subsidium missa. loco cedere coactus est. Sub his temporibus petitionum forum ad ciuiles causas cognoscendas institutū. Genuensibus postea auxilia ex federe aduersus pixanos petentibus classis sexaginta triremiū sub andreæ tepuli ducis filii imperio instructa. is primum pollam dellatus quæ a uenetis defecerat recepit. Receptam dirripuit & incendio pene absumpsit. dirachium: deinde accessit. cum interim allatum est apud cyrinum insulam genuenses federici & pixanorum classem superasse. Classe igitur domum reducta hiadera Ioanne Michaele pretore eiecto quinto a Venetis defecit. Ad eam recipiendam ualida classis decreta est. quinque & quadraginta triremes. rainerio zeno prefecto instructe. traiectisque in dalmatiam copiis urbs obsidione cincta. & duobus mensibus oppugnata demum ad deditionem cōpulsa est. ea recepta. cum bella panoniæ rege actum est. ut omne ius quod ille & alii reges in ea urbe habuissent. uenetis remitteret. tepolus postea cum annos uiginti reipu. prefuisset ex iuta di

naualis uenetorum uictoria.

federicīi uenetos bellū

ſceſſit.& in ede diuorum Ioannis & pauli honorifice eſt ſepultus.

Marinus maurocenus Dux.XLIIII.

m Arinus maurocenus dux declaratus eſt. hic primus dicitur unius & quadraginta uirorum ellectione creatus fuiſſe quæ deinceps creandi principis forma ad hunc uſque diem. ſeruata eſt. Sub huius temporibus gregorius uel.ut alii tradunt.alexander pontifex philippum funtanam rauēnatem antiſtitem legatum uenetias miſſit uenetoſque ad arma aduerſus ecce linum capienda adhortatus eſt.diuinis propoſitis p̄miis qui ad tā piā expeditionem tranſirent. qua re Veneti copias comeatus naues et quicquid gerendo bello uſui futurum eſſet philippo dedere. & primum expugnatis quibuſdam oppidis patauium inde admota caſtra. huc anſedinus eccellini nepos pataui pretor occurrit. ſed philippus uenetiq; ad pontem curuum magno impetu adhorti urbem ingreſſi ſunt. inde ad altinatis portam non ſine cede & eruore concurſum. & ex ea quoq; parte ciuitas expugnata eſt. anſedinus autem deſperatis rebus ſalutem ſibi fuga queſiuit. eius aufugio ciues deditionem fecerunt. ars etiam quarto poſt die recepta eſt. eccellinus interim qui circa mantuam conſederat audito de pataui amiſſione nuntio ibi ira incenſus duodecim patauinorum milia quos in caſtris habuiſſe dicitur. ad unum necauit. his peractis dux ſenio confectus cum annos quatuor ducaſſet ex uiuis deceſſit. Eius corpus in diui Marci ueſtibulo conditum eſt.

phillippi & uenetorum ī patauos expeditio.

Rainerius zenus Dux.XLV.

r Ainerius zenus in ducatu ſucceſſit.anno quinquageximo ſecundo ducenteximo ſupra mileximum. huius temporibus grauiſſimum cum genueſibus bellum exortum. grauiſſimeq; ex eo utrinq; illate accepteq; clades. cauſa agenuenſibus exorta. tholomaidem in ſyria urbem. criſtianis incollentibus. ueneti genuenſes & pixani quia in eius urbis expugnatione ſotias claſſes miſſerant. in ea ſeparatas areas ſeparatoſq; uicos habebāt. nec aliud preter diuina tēpla inter uenetos & genuenſes comune erat. de monaſterio ſancti ſabe cōtrouerſia orta eſt. quod uterque populus ſibi deberi contendebat. cauſa ad alexandrum pon-

liguſtici belli cauſe.

tificem ad cognoscendum delata. ille per litteras declarauit fanum ipsu3 sacraque omnia utrisque communia esse debere. Verum Genuenses cognita prius pontificis declaratione: freti beniuolentia Philippi montisfortis urbis prefecti. Locum occupant. & exclusis uenetis cu3 communitum in arcis modum redigunt. hac affecti iniuria Veneti abeuntes inito cum manfredo siciliæ Rege fœdere aduersus Genuenses arma summunt & classe comparata in tholemaidis portum. Hostium classem trium & uiginti magnarum nauium inuentam opprimũt atque incendunt. diui sabe monasterium eodem impetu captum diripiunt. ea clade irritati Genuenses classe duarum & triginta triremium comparata. apud tirum uenetis occurrunt. Veneti autem de industria cedentes rerum grecarum memores ut suis ad bixantium subsidio essent in ponticum eessere. Genuenses autem in dignitate rei moti ad cladem ulciscendam ingentem iterum classem decernunt triremesque quadraginta & naues decem in siriam mittunt. Veneti autem in tanto hostium apparatu. haud cessandum rati triremes quindecim & honerarias decem sub andree zeni imperio educunt ex tholemaide etiam circiter quadraginta minora nauigia comparata & inter tholemaidem & thirum. utreque classes sibi obuiam factæ. continuo se ad pugnam expediunt. Magnisque utrinque uiribus concursum. Sed uenetis sociorum pixanorum classe auctis. Funduntur fuganturque hostes. multe eorum naues demerse uiginti quinque captæ. Reliquæ trepida fuga tyrum contenderunt. Veneti post uictoriam. tholemaidam concedentes. hostium nauibus cum multis Genuensium milibus adductis omnia publica & priuata genuensium edificia diruunt eorumque bona diripiunt. hac clade audita ita commotus pontifex dicitur: ut non prius Venetorum oratores dimittere uoluerit quam captiuos Genuenses dimitterent. in grecia etiam per id tempus res parum quiete fuerunt. paleologus enim michael Theodori filiorum tutor balduino imperatore & pantaleone iustiniano antistite eiectis. ciuibus illum in urbem noctu admittentibus. constantinopolim occupat qua adepta pueris clam sublatis ipse imperium assumit. anno postquã a gallis & uenetis acceptum est. octo & quinquaginta. ueneti igitur ad tuendas pellagi insulas marcum michaelem cum decem & octo Triremibus missere. Mandaruntque ut omnia paleologi infesta redderet. Quod ita strennue factum est, ut ille rerum desperatione non parum de relinquenda Bissantio cogitauerit. Verum Genuenses societate inita ei auxilia prestantes omnem Classem: quam tunc in Histria habebant. In greciam missere. Ve-

nauialis uictoria

neti autem inito cum Guielmo achaiæ principe fœdere. classi. Quæ in greciam missa fuerat. Septem & triginta triremes addidere. ea classis in Greciam transmissa sexaginta greeorum Genuensiumque naues. obuias habuit. sed illis nihil mouentibus Veneti etiam numero nauium impares a pugna abstinuerunt. classis autem in euboiaꝫ delata insulam ipsaꝫ ex federici siciliæ regis filii manibꝰ ereptã. ĩ suã redegit potestatem. apud thessalonicum uero sinum tres uenete naues ab hostium classe oppresse sunt. captiui omnes partim a Genuensibus interfecti parti a paleologo excecati. classis ueneta: quia hiems appeteret uenetias reducta est. anno deinde sequenti due & triginta triremes sub Giliberti danduli imperio emissæ quæ in greciam appulsæ apud bosforum hostium classem ualidissimam obuiam habuerunt. & cum ea grauiter conflictatum. pugna primum utrinque acerrima fuit. post genuenses. quattuor amissis nauibus fugam capescentes epidauri portũ tenuerunt. sed paulo post eam cladem resarcientes tres Venetorum honerarias comeatu refectas oppresserunt. paruo deinde interiecto tẽpore. ueneti quinque & quadraginta triremes in genuenses construxere. quæ in siriam profectæ apud tyrum cetheam hostium nauem inuentam interceperunt. genuenses autem par pari referentes deceꝫ uenetas honerarias mercibus honustas nauemque unam a magnitudine: ualidam arcem appellatam. in adriatico sinu adhorti mercatoribꝰ cum parte mercium in terram fugatis. naues ipsas pene uacuas adeptĩ sunt. Quidam autem medio mari concursum tradunt. Venetosque fere omnes in nauem ingressos. Triremibus cum merce amissis uenetias contendisse. nec multo post noua classis constructa iacobo dandulo prefecto. ex Venetiis namque sex triremes exiere. Ex hiadra tres his additæ sunt. ex freto siculo tres aliæ affuere quattuorque deinde ex euboia adiunctæ. aucta in hunc modum classe dandulus ragusium applicuit ibique Marcum gradonicum cum decem triremibus inuenit. iũctisque simul triremibus in siciliam transierunt. ubi tres genuensium triremes inuentas oppresserunt. Genuenses eius cladis nũtio accepto. & de hostium classe certiores facti octo & uiginti triremes emittunt. Quæ celleri nauigatione in siciliam delatæ apud drapanum uenetis occurrunt. atrocique commissa pugna diu dubio marte certatum. demum Genuensibus inclinantibus quattuor & uiginti triremes captæ: reliquæ cõbustæ & mediis fluctibus depressæ sunt duo milia & quigẽti gẽuẽsiũ capti. mille & ducẽti cesi. plurimi fluctibꝰ absũpti sũt. uenetis ẽt nõ sine cruorẽ ea uictoria ↄtigit. ea clade ita genuẽsiũ res fracte uise sũt ut paleologꝰ eoꝝ societatẽ aspnatꝰ cũ uenetis ĩducias ĩ qn

Venetoruꝫ clades

uenetorum de genuẽsibus uictoria

quennium pactus sit. domi etiam interim non parua seditio rempu. tur bauit. exausto enim ob diuturnũ bellũ erario nouũ uectigal patres im ponẽdũ curarunt. illud cũ populus publicari audiuisset. i curiã ĩpetũ fe cit. rainerio principe ad sedandũ tumultũ egresso. plebs ducaria maiesta te neglecta cum lapidibus incessit. ille autem plebeio cedens furori se e medio sustulit. quo abeunte furibunda plebs magis ad crassandam ac censa. aliquot nobilium domos diripuit. demum tumultu sedato inson tes grauissime animaduersum est. Sub id etiam tempus apud tholemai dem classis trium & uiginti triremium marci gradonici auspiciis dedu cta octo genuensium naues mercibus honustas intereeperunt. his do mi forisq; gestis zenus princeps cum annos decem & septem rempub. administrasset diem obiit. ĩgẽs seditio

Laurentius tepulus Dux. XLVI.

l Aurentius tepulus ducatus successionem obtinuit. an no sexagexímo octauo ducentexímo & millexímo. Sub prima huius administratione Clemens quartus pon tifex uenetos & genuenses ad pacem maxime adhorta tus est. galliarum & sicilíæ Regibus ad id etiam ma xime instantibus ut commodius cristianis in siria laborantibus opem ferrent. Legatis igitur utrinque Cremonam missis inter genuenses & uenetos cum pax fieri non potuerit: induciæ in quinquenniũ sunt pa ctæ cum pixanis etiam fœdus renouatuz est. Sub id tempus ingenti fa mæ ciuitas grauiter oppressa est. apulis siculisq; furmenta negantibus. genuensibus etiam mare infestantibus. furmentatoribus sine periculo nauigandi facultas sublata erat. in tanta rerum necessitate. taruisiuz. pa tauium. ferrariam. ad aliasq; uicinas urbes cum pecuniis est missum. ro gatumq; ut ciuitati tanto in discrimine subuenirent. precipue patauinis recentissima merita memorata. quibus ab excellini tirannide seruitutis iugum fuisset ademptum. sed omnia irrita fuerũt plusq; ingratitudo q̃ aut preces aut pecuniæ aut merita ualuerunt. Veneti igitur indignitate rei moti nouum uectigal omnibus intra adriaticum sinum. & padi ho stia negociantibus imponit. ad idq; aliqua nauigia ad oram maritimã perlustrandam sunt missa. quam rem bononienses iniquo animo fe rentes. uenetias legatos mittunt legisque abrogationem & liberam su is negotiatoribus nauigationem requirunt. sed ea non impetrata belluz denunciant. tepulus igitur eorum conatus intelligens: ut hostes preue niret nouem triremibus extructis celleri cursu ad padi hostia quod primatium uocant. concessit. bononienses autem apud diuum alber tum castellum munientes militari pressidio firmant. ibique ueneto ingẽs fames

duce cum maritimis copiis occurrente non incruenta utrinq; uictoria se pius dimicatum. uerum bononienses copiaru3 numero superiores pluribus in pliis uictores fuerūt. ad quadraginta nāq; hoīum milia ī castris habuisse dicuntur. in triennium bellum laboriosissimum protractum est. demum marco gradonico duce ad ultimum conatum totis uiribus est cōcursum. coq; in prelio graui clade accepta hostes fusi fugatiq; sunt qua strage fracti ea lege pacem acceperunt ut dirupto ad primarium castello quarundam mercium libera eductione permissa padi hostiorum custodia uenetis dimitteretur. anconitani etiam nouum sibi imponi uectigal indignantes apud pontificem questi sunt qui uenetis suasit. ut ex actionem illam tollerent. liberamq; nauigationem anconitanis dimitterent. hi autem responderunt. anconitanos non recte rem ad pontificē detulisse eumq; cognita re melius iudicaturu3 his rebus gestis tepulus anno sui ducatus sexto diem obiit & in gemellorum ede situs est.

Bellum bononiense

Iacobus contarenus Dux. XLVII.

Iacobus contarenus dux declaratus est anno septuagexīo quarto ducentexīmo & millexīmo. sub primis eius principatus tēporibus due genuensiū naues. honerariā una uenetorum mercibus honustam interceperunt. qua re bellū ferre cum genuensibus est renouatum. uerum missis genua3 legatis ad repetendas res. cum reddite fuerint. omnia pacata redierunt. sub id etia3 tempus iustinopolitani a uenetis defecerūnt. ad eos ad imperium reuocandos andreas basieius cum non paucis copiis est missus. illi uero ad aquilegiensem antistitem. mittunt. orantq; ut uicine & amicæ ciuitati opem feret. his precibus motus ille tumultuario milite conscripto finitiuis succurrere parat. sed parum auxilia profuerunt. uicti namq; illi ad imperium redire sunt coacti; cum anconitanis etiam per id tempus decertatum. belli causa ex lege de portoriis orta dicitur. cui nullo pacto illi quieturi uidebantur. sex igitur & uiginti triremes instructe. aliquotque honerarie ad comeatus & alia ad bellum necessaria apportanda. sub primo appulsu ueneti portum oppugnare adhorti sunt. unde cum repulsi fuissent nec ullam classis firmam stationem haberet. atroci tempestate iactata classis ipsa in proximis scopulis non mediocriter conflictata est. triremes sex apud sinigaliam in littoribus compacte perierunt reliquæ superatis fluctibus in altum euaserunt. in earum supplementum aliquot triremes missæ sunt. His uenientibus hostis dolis agendum ratus. suis nauib9 uenetoꝶ affigit īsignia. uenetosq; uenietes cursum ad se flecter inuitat. ea ludificatōe duas triremes ad se alectas īpetu facto capit ī portūq; īgēti cū letitia adducit. ueneti ob rē ducis īscitia malegestā illu3

Bellum anconitanum

cũ reliquis triremibus reuocant. & in carcerez adigunt. noua postea clas se instructa iterum anconem obsidere adhorti sunt qua re moti ciues ad nicolaum tertium pontificem tunc creatum mittunt docentq; quantum discrimẽ suis rebus a uenetis imineret. orare igitur ut ciuitati romanæ ecclesiæ obseruantissime tanto in periculo succurreret. his precibus pontifex motus legatos uenetos qui officii gratia ad obedientiaz offerẽdam romam accesserant. ad gratulationẽ non admissos a conspectu suo reiecit. eosq; ob id a uenetis reuocatos. habeũtes ex itinere ad se retraxit & grauissimis uerbis increpauit & nisi ab omni anconitarum infestatione desisteret uenetæ ciuitati comminatus est. legatis uenetias appulsis quo die ad contionem admissi sunt. decem triremes ad supplementũ anconem misse sunt. hostes autem uenetorum constantiam. cernentes fractis animis per legatos pacem implorarunt. sed ea nõ impetrata legatis domum dimissis quattuordecim triremes apud reliquas mittuntur. ex quibus due ab aliis aliquantulum in mare distracte. ab hostibus intercepte sunt pauloq; post equis conditionibus pax secuta est. dux senio confectus cum ob annos paruz reipu. prodesse posset. se magistratu abdicauit. qui paucis post diebus morte sublatus est. & in ede minorum honorifice sepultus.

pax cũ anconitanis

Ioannes Dandulus Dux. XLVIII.

Ioannes Dandulus dux suffectus est absensq; declaratus. anno octuagesimo ducentesimo & millesimo. sub huius temporibus aque ita in imensum creuerunt ut totam fere urbem inuudauerint. terremotus paulopost horribilis secutus dicitur. cum aquilegiensi antistite nouum bellum exortum. defecerant a uenetis quidam histriæ populi. eos cum ueneti armis ad imperium reducere pararent ob idq; classem eo cuz copiis transmisissent. & ipse aquilegiensis cum auxiliaribus copiis presto fuit uerum: cum se copiis & uiribus inferiorem cerneret. facile cessit. sed non multo post ille cuz coregiano comite societate inita nouis copiis & fauoribꝰ auctus denuo omnia circa histriam uenetis infesta reddidit. aliquotq; oppida ad defectionem compulit. ueneti igitur ad eam belli famam. arma classemq; cõtinuo parabant. ad sex namq; & triginta hominum milia in hostium castris esse fama erat. magna itaq; classis ingensq; nauium numerus decretus ex his qui per etatem arma ferre poterant. tertia pars in naues imposita. Classis in histriam appulsa, ad Tergestum castra admouit. eamque oppugnare adhorta est. uerum urbs ualido presidio munita expugnari non potuit. Et quia uidebatur obsidio non ita breuis futura, Ne tantæ copiæ circa Vrbem tam diu tempus tererent ali-

bellum histricum

quot presidiis & munitionibus ad hostium occursus inibendos erectis relique copiæ alio transmisse sunt. paucis post diebus cum hostis affuisset. tentauit munitiones ipsas oppugnare. uerum qui ad presidiu3 dimissi fuerunt. non solum uiriliter locum defenderunt. sed etiam eruptione facta. in hostes atrociter concurrerunt. dimicatumq3 acriter utrinq3 qua in pugna multi ceciderunt cum hisq3 ipsius coregiani comitis nepos in ea expeditione gardamus homo non parui nominis qui uenetis militabat perfidiæ coniunctus quoniam de presidio tradendo cum hostibus egerat. tormento impositus in hostium castra iniectus est. & cu3 hostis nulla uia proficere uideret. re infecta abiit. eo digresso rursus a Venetis urbs est oppugnatione tentata. sed nō sine cruore a menibus sunt repulsi. & cum postea ad obsidionem continuandam presidium reliquissent quia hostes redire nunciatum est. relicta obsidione confestim abierunt.

nota ī siriā expeditio

Sub id tempus in siria cum babilonio rege & uenetis in biennium induciæ sunt pactæ. pauloq3 post nicolao pontifice europæ duces ad opē cristianis in siria laborantibus ferendam adhortante. cum ipse quingentos equites in ea expeditione dedisset: ad eos in asiam deuehendos ueneti uiginti triremes obtulere ad id tripolitanus antistes uenetias missus ē. ueneti etiam ipsi ne in tanta expeditione ꝓ cristiano nomine cessarēt apud comeatu3. & nauticas res prestitas quinq3 ad alias suo nomine triremes sub iacobi tepuli imperio instruxerunt. uerum apparatus illi paru3 profuerunt. orta nāq3 inter cristianos discordia. soldanus misso cum inumerabili exercitu filio tholomaidem oppugnare adhortus est. quæ aliquādiu a cristianis defensa. inde deficientibus auxiliis qui in presidio erant paulatim fugientes. desertam cultoribus urbem reliquerunt. eam soldanus ingressus statim igni ferroq3 diripuit. anno postq̄ a cristianis capta est: centeximo & nonageximo sexto. sub eius etiā tempus aureus nummus tunc primum cudi ceptus est. dandulus postea anno suæ administrationis decimo. naturæ concessit eius corpus ad gemellorum edem est dellatum.

Petrus gradonicus Dux. XLIX.

P Etrus gradonicus cum iustinopolis pretor eēt absens dux est declaratus. anno nonageximo ducenteximo & millesimo. is inito magistratu diue caterinæ diem cuius erat deuotissimus interfestos obseruari mādauit. sub id tempus andreas pannoniæ rex matre ueneta ex maurocenorum familia ortus uenetias accessisse dicitur. huius stephanus pater ferrariæ ex principis filia posthumus natus occupato appropinquis regno cum adultus factus esset. tomasinam maurocenam uxorem duxit ex qua hic andreas natus

est. qui postea regium nomen regnumq; recepit. cum genuēsibus per id tempus bellum est renouatum quod eo grauius & laboriosius quaȝ quod superioribus annis gestuȝ erat. uenetis cōtigit. quia genuenses graui bello pixanos adhorti ita eos plurimis illatis cladibus atriuerant ut illorū opes magna ex parte fracte accisseq; uiderentur. ad eos presenti periculo leuandos quoniam his in ligustico bello antea. fidis sotiis usi fuerant. ueneti etiam ut ligurem ab eo uictorie cursu retardarent ingēti classe selaginta triremium comparata rogerio mauroceno prefecto in ponticum mare in genuēses. missere. primumq; ad peram mouentes. locum ipsum oppugnarunt incendioq; absumpserunt. inde ad folia uetera classe ad mota hoc quoq; oppidum. ceperunt maioriq; ex parte conbusserūt sequenti anno iouanne superantio prefecto quinq; & uiginti triremes in ea prouincia sunt misse. ab hisq; caphata in tracia urbs occupata est & ibi classis cum hiems appeteret. hibernauit eiusq; hiemis in mensis frigoribus aliquot nauium turme consumpte sunt. genuenses autem & ipsi non cessantes lampade aurio prefecto septuaginta triremibus ex tractis in altum processerunt. & uenetum sinum ingressi ad urbem citato cursu iter intendebant. ueneti autem ad eam ualidissimæ classis famam maximis conatibus quinq; & nonaginta triremes paucis diebus instructas eduxerunt. ambe classes ad Corciram nigram pugnandi studio conuenere. Hic accensis utrinque animis est concursum. Carolo & Andrea Dandulo prefectis ingens pugna cedesque horribilis commissa. demum fedissima orta strage Veneti funduntur fuganturque magnaq; clades accepta. nec tamen ea uictoria hostibus incruēta fuit ingens namq; eorum quoq; cedes facta est. a non nullis etiam tradituȝ nō minorem ligurum q̄ uenetoruȝ stragem fuisse. alii tradunt sex & triginta uenetorum triremes certamen detractantes prelio euasisse. capta ad quattuor hominum milia & cum his andreas dandulus prefectus qui ne captiuus genuam perduceretur triremi capite grauiter impacto. uitaȝ cum morte comutauit. ciuitas tanta clade accepta. ad reparandas uires animum intendens ne hostes uictoria elati uenetias uersus mouerent. quinq; & uiginti triremes marco baxeio prefecto in altum missere que circa elespontum cum hoste congresse non meliore fortuna q̄ antea ad corciram pugnauere. sexdecim namq; triremes ab hostibus capte. reliqueque fusse fugateq; sunt. ea uictoria adepta uictor hostis in cretaȝ tendēs primo impetu cidonem urbem occupauit. ad hec mala grauissime dein de ciuium coniurationes accesserūt. & primū marinus quidam bocconius plebei ordinis homo audax & ad facinus promptus in pricipis & optimatū cedem conspirauit. uerum coniuratione patefacta marinus cum sotiis in potestatem redactus. ad geminas columnas suspendio necatus

ualidissime uenetoȝ & genuensiū classes.

uenetorum clades.

bocchonia coniuratio

est cũ patauinis nouum bellum exortū3.hi namq cum locum in stagnis cui petabule nomen est. conmuniissent.cum ueneti confestim diruerũt cum paleologo etiam ob pecuniam quam uenetis debebat negatam eo tempore bellatum.classis sub beleti iustiniani imperio septem & uigĕti triremium ad id bellum est missa.que multas grecorum naues circa cretam & euboeam inuentas oppressit.greci qui in his fuere.omnes fere necati inde ad populationem classis conuersa. omne3 circa greciam maritimã orã igni ferroq uastauit quare tantus est hosti metus iniectus ut pecunia oblata pace3 a uenetis implorauerit classis.uenetias adducta. quindecim captiuorum milia addusisse dicitur.sub id tempus ueneti friscum ferariensem qui patre acione eiecto & necato ferarie dominatum

ferariensiu3 deditio.

occupauerat adiuuantes castellum tealdum expugnarunt.quo facto friscus urbem ingressus eius dimidia3 ferre partem incĕdit.ea iniuria ciues indignati.frisco eiecto uenetis se se dedunt. clemẽs aũt pontifex. urbem ecclexiæ subiectam. atiranno uesatam & in uenetorum imperiu3 redactã egre ferrens.uenetos anathemate notat sacrisq interdicit.eoru3q bonis direptis. eos etiam pro seruis ubicunq capti fuerint. haberi mandauit quo edicto ciuitas multa damna & incomoda eorum ubiq direptis bo-

potificis edictum in uenetos.

nis.perpessa est.legato deinde pontificis cum ualidis copiis non paruo q equitatu aflorentinis accepto accedente.ueneti ferraria ultro cesserũt atrox deinde coniuratio ciuitatem inuassit.baiamom tiepulus ex familia patricia ortus ad occupandam per tirrannidem urbem animum adiecit is enim cum non paucis & patriciis & humilioris fortunæ uiris conspiratione facta.conuenit ut statuta ad facinus die momento temporis duce cum primoribus interempto:rempu.inuaderent.accidit autem quaxi

tepulana cõiuratio.

diuinitus ut quo die erupturi erant. ingens tempestas magnaque uentorũ uis orta esset.ita ut omnia strepitu complerentur.re interea ad principem & patres dellata per totam urbem clamandum curarunt ut qui rempu.saluam esse uelent.incuriam ad opem duci & patribus afferendam aduolarent.coniurati autem iam in aream diui marci prorumpentes omnia armis compleuerant.optimates uero cum plurimis in auxilium concurentes coniuratorum impetum fortiter repellunt fedissimaq cedes exorta. baiamum ubi fortunam inclinare uidit area publica exiẽs

baiamontis interitus.

ĩ mercatoria uia a muliercula quada3 lapide superne deiecto uulneratur inde ferro a suis opressus est. multi patricii coniurationis conscii securi subiecti sunt. baiamontis edes dirupte eiusque bona in publicum redacta.ex quibus edes ille fuisse memorantur ubi nunc macellum in riuoalto est.festa diui uiti martiris quo die coniuratio oppressa est.quotannis principe eo cum frequenti senatu.accedente pro seruata libertate cellebrantur.quidam autem aliter tradunt.nec baiamontem occissum.sed

patefacta coniuratione illum cum reliquis consciis exulasse. ob idq̧ tūc primum decemuiros creatos dicunt. per ea tempora hiadera michaele mauroceno comite expulso sexto auenetis defecit. ad eam recipiendam beletus iustinianus prefectus cum classe missus est. his rebus gestis dux anno sui magistratus duodecimo euita discessit. & ad cipriani edem sepultus est.

Marinus georgius Dux. L.

MArinus georgius dux successit anno domini. tercio & tercentesimo supra mileximum. eius tota administratione ueneti anathematis interdicto obnoxii fuere. apud hiaderam etiam parum prospere bellatum. duxerat in dalmatiam iustinianus uenetas copias & cum his mile equites quibus damasus quidam hispanus genere homo nō instrenuus preerat. his copiis hiaderam obsidere adhorti sunt. hiaderæ interim preerat baius quidam nomine qui cum pacem non equis conditionibus tentasset nec accepta fuisset. ad dolos conuersus cum damaso clam egit ut duobus milibus aureorum nummis acceptis urbem ingrederetur ibiq̧ cum amplo stipendio quamdiu uellet. preesset. ad hec nauigia ad suos suasq̧ asportandas res quando inde abire uellet promitit. his promissis allectus homo cū suis cōsilio die statuto eductis copiis ueluti urbem oppugnaturus. cum suis urbem est ingressus. ea nouitate atoniti ueneti ab homine perfido metuentes. ne aliquam maiorem cladem acciperent. retrouertentes ad naues se receperunt. damasus autem ne omnino pro proditore haberetur. se pacis arbitrum inter uenetos & hiadrenses exibuit obidq̧ ad hostes se transisse ostendit. uerū cū nihil ꝑfecisset. nauibus ex federe acceptis in apuliam transmissit. uerum ille sue perfidie paulo post imeritas penas luit. feda nāq̧ tempestate iactatus naui scopulis impacta rebus & pluribus sotiis amissis naufragus paruo nauigio infenso egre uitæ discrimen euaxit. georgius postea amplo diuo dominico fano edificato eoq̧ priuatis bonis dotato cum menses decem reipu. prefuisset diem clauxit extremum. & ad diuorum ioannis & pauli edem sepultus est.

hiaderæ obsidio

Ioannes superantius Dux. LI.

IOannes superantius ad ducatus administrationeʒ elatus est. homo facilimis moribus & ingenio ad beniuolentiam contraendam accomodato. is quam primum hiadrenses ad fidem retrassit. procuratorum numero per id tēpus tres alii additi. spalatrum. tragurium sibi

ꝓcuratoruʒ numerus auctus

nicum & enona in fidem concesserunt. ciuitas pontificis interdicto francisci danduli legati opera liberata est. ferunt illum ad pontificis conspectum catena ferrea collo iniuncta tamdiu in morem canis prostratum iacuisse quoad uicta illius ira ignominiosam notam patriæ ademisset. atq; ob id canis cognomen illi postea fuisse. per hec tempora triremes quindecim iustiniano iustiniani prefecto sunt missæ. mandatumq; ut omnia maria perlustraret an aliquid a genuensibus moueretur quos fama erat non parum per ea tempora res uenetas infestare. uerum cum omnia pacata inuenisset. iustinianus in columen classem uenetias reduxit. sub id tempus uetus nauale quod uulgo arsenatum uocatur. magna ex parte est auctum. eo duce quadraginta triremes aduersus genuenses in ponticum mare iustiniano prefecto sunt missæ quæ non paucas hostium naues apud bosforum res uenetas infestantes oppresserunt. classis deinde ad peræ oppugnationem conuersa est. qua re territi ligures uenetis promittunt. si ab oppugnatione oppidi abstineãt se paratos esse damna uenetis illata persoluere. & quicquid in tanta classe paranda esset expensum. pace illis sub his conditionibus concessa. classis est uenetias adducta. per ea tempora patauinis aduersus mastinum scallam ueneti auxilio fuerunt. titrano q; ab eorum ceruicibus repulso pristinam patauini libertatem receperere. eius ciuitatis administratio marsilio carario est concessa. his domi forisq; gestis superatius cũ annos sexdecim mẽses sex rempu. administrasset ex humanis excessit & in diui marci sacello situs est.

liberatur ueneti interdicto.

pax perensib9 reddicta

Franciscus Dandulus. Dux. LII.

Franciscus dandulus cui canis cognomem fuit ducatum adeptus est sub huius administratione pollani. & ualenses ab aquilegiensi antistite deficientes uenetum imperium receperunt. ad eos in fide retinendos. cũm aquilegiensis arma pararet. ueneti sub iustiniano prefecto non paruas copias in histriam transmittunt. aquilegiensis antistes non congredi ausus. pollam ualemq; sub certis cõditionibus uenetis remittit. octo triremes quibus tomas uiarus prefuit. cũm sex ligusticis cõfligentes quinq; amissis fusse fugateq; sunt. uiarus cum tribus reliquis uenetias ueniens. quia eius socordia ea clades accepta dicebatur. in carcerem coniectus est. sub id tempus ueneti. Ioanne uigeximo secundo pontifice & gallie rege annitente in gentem uim nauium ac triremiũ aduersus turcos cõpararũt quæ sub petri zeni imperio innumeras hostiũ naues circa syriam inuentas oppresserunt. quoscunq; uiuos in potestatem redactos zenus suspendio necauit. cum scalanis deinde bellum est susce

prima in turcos expeditio.

ptum. hi namq; preter ueronam uincentiam brixiam quibus antea dominabantur. denuo parmam rubeis eiectis occupauerant. feltrum etiã bellonum cenetamq; boemio regi ademerant. taruisio quoq; in suã potestatem redacto. patauiũ etiam subegerant. carariis eius nomine urbis administratione permissa. tantis rerum successibus ellatus mastinus scalla. uenetos etiam temptare adhortus. munitionem in stagnis apud petabullam erectam ualido pressidio firmat. ueneti autem ad illius conatus auertendos haud procul inde locum comuniunt. fedusq; & sotia arma. aduersus scallanos cũ florentinis iunexere. ingens deinde exercitus conscriptus. petro rubeo parmensi. rei militaris peritissimo a uenetis accersito capiarũ impiũ est dellatũ. & primũ expugnatis quibusdam in patauino & taruisino agro castellis. ueneti patauium alberto scaligero capto in deditionẽ accepere. eiusq; ciuitatis regimem marsilio carario detulerũt. eo marco lauredão iustinião iustiniãi. andreatio mauroceno legatis missis. cinxerant etiã ueronam obsidione ueneti. eamq; grauiter premebant. uicentiam quoq; obsidere adhorti eam ad maximam annonæ inopiam redegerant. uerum cum in eo bello petrus rubrius eius eiusq; frater marsilius obiissent. cumq; luchin⁹ uicecomes alio exercitu brixiam & bergomũ urbes a mastino ademptas in suam redegisset potestatem. timentes ueneti ne dũ unius potentiã ex tinguerent. alterius eugerẽt. pacẽ his conditionibus mastino dederunt ut omisso patauio carariensibus dimissaq; brixia & bergomo uicecomiti. taruisiũ cũ eius dictionis castellis uenetorum esset. feltrum. & bellonũ & ceneta ad carolum redirent. florentini quattuor lucensis agri oppida haberẽt. eã pacem florentinis displicuisse dicitur quoniam lucæ dominium postulabant. uerumsic uolẽtibus uenetis cesserũt. his rebus domi forisq; gestis dãdulus anno sui ducatus undecimo feliciter obiit.

scallani belli causæ.

pax cũ scallãis

Bartolomeus grandonicus Dux. LIII.

b Artholomeus gradonicus dux creatus est ãno trigeximo nono tercenteximo. & mileximo. eius tempore pepiliam palestrimam medoacũ magistratus mitti cepti sunt: aquæ ita in immensũ creuerũt ut totam ferre urbem inundauerint. per id tempus cretenses quidam reguli ab imperio defecerunt qui in montanis locis confidentes non parum insulam infestabant. ad eorũ conatus comprimendos nicolaus falerius iustinianus iustiniani & andreas maurocenus cum non parua peditum manu sunt missi. qui hostibus occurentes. eos intra paucos dies in uenetorum potestatem redege

re. de rebellibus supplicium sumptum. & cum annos circiter tres ducasset gradonicus ex uita discessit. eius corpus in diui marci edis uestibulo est conditum.

Andreas dandulus Dux. LIIII.

Andreas dandulus ducatum consecutus est. singulari doctrina & eloquentia uir qui uenetorum gesta eleganti stillo scripsisse dicitur. sub huius temporibus ababilonio rege. per nicolaum iouannem legatum tuta in egiptum nauigatio impetrata est. quae etiam aromano pontifice marino falerio & andrea cornario legatis ad id missis cõfirmata ẽ. concessumq; ut uenetis liceret cum sex triremibus circa alexandriam & syriam negotiari. hiadra septimo a uenetis deficiente. ad eam recipiendam ueneti aliquot triremes in dalmatiam transmisere. non paruae etiã terrestres copiae andrea mauroceno & simeone dandulo legatis sunt missae. qui tentarunt urbem oppugnare. uerum lodouici panoniae regis cum ingentibus copiis interuẽtus: nam centum hominum milia habuisse constat: dificilem primũ expeditionem illam reddidit postea maioris uictoriae occasionem uenetis prestitit. cum eo namq; atroci certamine concursum. magnaq; utrinq; cede exhorta hostis fusus fugatusq; est. rex magna exercitus parte amissa. in panoniam habiit qua re teriti hiadrenses ad misericordiam cõuersi implorata uenia se uenetis dedidere. qui defectionis causa fuerunt in exiliũ sunt acti. tres auditores ad cognoscendas causas tunc primum creati ueteres appellati. horribilis per id tempus motus terrae factus est. quo edificia multa corruerunt. ingens deinde annonae caritas ciuitatem agressa est. fedissima etiam pestilentia per id tempus tota italia uessata est. qua ueneta quoq; urbs non parum consternata est. multaq; hominum milia paucis diebus eo morbo compsumpta. iustinopolitani per id tempus auenetis defecerunt. ad eos recipiendos pancratius iustinianus cum terrestribus maritimisq; copiis est missus. q paruo negotio eos ad ĩperiũ retraxit. cum genuensibus denuo bellum est susceptum causa agenuensibus orta qui uenetis negociatoribus pontici maris cursum ocludere conabantur. hic uenetas aliquot naues interceptas chaphatam adduxerunt. repetitis per legatos rebus & non redditis. ualidissima in genuenses classis decreta est. quinque & triginta triremium ex dalmatia cubo-

septima hiadrensiũ defectio

recens cum genuẽsibus bellum.

ea eretaque classis expleta Marco Ruzano prefecto qui domo profectus tresdecim hostium Triremes apud Caristum portum inuentas adhortus fudit fugauitque.decem triremes cum classis prefecto captæ sunt: ingensque Genuensium numerus ex quibus mille & quingenti in custodiam traditi sunt. Veneti post eam uictoriam. In calcidem mouerunt: deinde Bosphorum potentes non nullas hostium naues intercepere. Ligures interim cum decem triremibus philippo Aurio præfecto audita Venetæ classis profectione ad Chalcidem oppugnandam mouerunt.urbemque adhorti momento temporis occuparunt Diripueruntque. & demum captiuis receptis incendio assumpserunt. Veneta classis cum ingenti preda domum est adducta cum Aragonum Rege deinde aduersus Genuenses socia arma sunt iuncta. Stephanus Michael ad fœdus percutiendum est missus ingens postea classis decreta Eius imperio Nicolao pixano dellato.qui domo profectus cum decem triremibus aucta in Dalmatiam & greciam classe pancratio iustiniano culsi prefecto cum triginta triremibus accedente duabus classibus adiunctis Genuam uersus mouerunt ubi fœda tempestate iactati ex triremibus unam amiserunt. Et remittente postea tempestate methonem applicuerunt.inde Aragonia etiam classe adiuncta in euboeam transmissere. hisque grecorum nauibus adiunctis apud peram cruento marte cum hostibus dimicatum fuerunt. Et neutro inclinante uictoria certamen diremptum ad Bosphorum postea totis uiribus utrinque concursum. Vbi quamprimum greca classe pene intacta hosti cedente Venetis & aragoniis fortiter concurrentibus cruento certamine per plures horas neutro fortuna inclinante pugnatum est. demum pugna in noctem dillata & imposterum etiam diem protracta magna utrinque strage commissa. Denique pontio Aragonum classis prefecto cadente.cedentibus barbaris Veneti fessi cum propter loci angustias plurime triremes confligere non possent. & ipsi hostibus cessere. Ceciderunt ea pugna pancratius iustinianus Stephanus Contarenus ioannes stenus benenatus benibus. Verum & liguri uictoria non incruenta fuit.a quibusdam etiam traditum non minorem ligurum quam uenetorum stragem fuisse qui postea a uenetis prouocati confligere recusarunt. multæ deinde clades ultro citroque illatæ acceptæque.sed hec haud memorabiles subsecutæ sunt. Sequenti uero anno magna instructa classis sub Nicolai pixani imperio in altum deducta in sardiniam uenit ubi se aragonum classi quadraginta triremum quib9 bec

Ingẽs uenetorũ clades

nardus caprarius preerat.adiunxit. Genuenses etiam haud procul inde cum ingenti longa℞ nauiũ numero antonii grimaldi ductu circa clarim apud sardiniam occurrentes classibusque inuicem constrictis tenacique nexu uenetis cum arragoniis iunctis. magnis utrinque animis est concursum.atrocique commissa pugna demum Genuensibus inclinantibus hostes unam & quadraginta triremes amissere quas Veneti in potestatem redactas ad preteritæ cladis memoriam abolendam uiris honustas:ut quidam tradunt: mediis fluctibus demerserunt. grimaldus cum paucis qui superfuerunt se genuam recepit. ea clade perterriti genuenses suis uiribus diffisi ioanni uicecomiti mediolanensi archiepiscopo se ac sua dediderunt. ueneti & ipsi carrarios scalligeros estenses gonzagas & in etruria florentinos sibi socios adiunxerunt. Genuenses autem denuo reparata classe cum quinque & uiginti triremibus pagano aurio prefecto mouerunt. & adriaticum sinum ingressi. pluribus nauigiis interceptis in histriam processi. parentium occupant ac diripiunt. Veneti per id tempus cum carolo boemiæ rege fœdus renouarunt. his rebus gestis dandulus cum annos duodecim tempu. administrasset naturæ concessit & in aurea ede ad baptismi lauacrum honorifice sepultus est.

uenetorum de genuẽsib9 uictoria

Marinus falerius Dux. LV.

m

Arinus falerius cum apud pontificem legati munere fungeretur. absens dux est declaratus. anno quinquageximo quarto trecentexímo & millexímo. Sub id tempus pixanus prefectus cum triginta triremiu℥ classe duobusque & uiginti minoribus nauigiis ad sapientiam insulam Consedit. huc aurius Genuensium prefectus cum triginta triremibus pugnandi studio celleriter contendit. ibique commissa pugna ueneti fusi fugatiq́ꝫ sunt. pixanus prefectus cum quinque milibus hominum captus genuam perducitur. falerius interim cum menses nouem reipubli. prefuisset. homo nefarius ad rempubli. per tirannidem occupandam animum adiecit. quod ut facilius consequi posset. cum plurimis plebeii ordinis iuris ad perpetrandam optimatum cedem conspirauit. & ex illis sexdecim coniurationis principibus negotiu℥ dedit ut singuli cum sexaginta armatis statuto tempore in curiam prorumperent & ex nobilitate obuium quẽq́ꝫ conficerent. & demum falerium non principem sed dominium clamarent. uerum: diuina forte prouidentia factum: accidit ut beltrandus ex plebe homo ex coniuraribus

sapiẽtĩa clades

phaleriana cõiuratio

unus penitentia forte tanti sceleris ductus. aut timore compulsus nicolao leono patricii ordinis compatri suo rem omnez cõmunicauerit. re accepta leonus atrocitate rei commotus confestim seniores patrum & decemuiros adit. illisq rem omnem aperit. qui ad rempu. presenti periculo leuandum conuersi. coniurationis principes in primis in potestatem redigendos curarunt. sexdecim ea nocte capti sceleris conuincti suspendio necati sunt. falerius etiam eodem die super atrii scalam lapideam securi est percussus. alii pleriq capitali supplicio affecti. quidam etiam in mare demersi. indici coniurationis mille aureorum nummum stipẽdiũ annuum decretum. isq ad patricium ordinem redactus. qui postea cum patres ingratitudinis accusaret eorumq famæ detraheret. ragusium stipendio adempto in decennium est relegatus.

falerius priceps obtrũcatur

Ioannes gradonicus Dux. LVI.

Ioannes gradonicus cui nasoni cognomen fuit dux subrogatus est. sub id tempus pax anno illius belli quinto cum genuensibus composita. cum bernaboue etiam & galeatio uicecomitibus bellum est depositũ. captiui hic inde restituti sunt. eo bello defuncto nouum deinde bellum ciuitatem inuasit. ludouicus pannoniæ rex ob dalmatiam uenetis infensus bellum atmaq parabat. ad quod si fieri posset auertendum. marcus cornarius et marinus grimanus legati in pannoniam sunt missi qui nihil proficiscentes rege iniqua postulante domum redierunt. dalmatiam igitur ille cuz ingentibus copiis inuasis uno tempore hiaderam siecum spalatruz tragurium enonam obsidere adhortus est. ueneti autez comparata classe & terrestribus copiis instructis urbes ualido p̃sidio firmanr. neq eo barbarus contentus inito cum frãcisco carario fœdere acceptisq austriæ duce & aquilegiensi antistite belli sociis. cum centum millibus hominum in italiam transcendit & in taruisinis finibus congressus cuniano & sicilio in dictionez acceptis. inde ad taruisium castra admouit. ueneti autez missis eo marco iustiniano & ioanne delfino & paulo lauredano. urbem illam armis & comeatibus muniuere. tam difficili bello repu. occupata gradonicus princeps senio confectus cum annum unum menses duos rempu. administrasset morte sublatus est. uir non uulgari sapientia preditus & iuris cõmunis peritissimus. eius funus ad minorũ edez deslatũ.

pax cũ genuensibus

Taruisii oppugnatio

Ioannes delfinus Dux. LVII.

Ioannes delfinus ex taruisio ubi legatus preerat dux declaratus est. Qui armatorum manu stipatus inde discedens Venetias concessit. Anno quinquagesimo

sexto tercentexímo supra millesimum. Per id tempus pannoniæ rex aliquot operibus bellicis constructis taruisium oppugnare adhortus est. urbsq; a uenetis est strenue defensa. rex autem cum nihil proficeret. dimissis ad obsidionem copiis in pānoniam reuersus ē. interim marcus iustinianus legatus cū ingentibus copiis taruisium est missus. induciæ in quinq; menses cū hoste sunt pactæ. andreas contarenus & michael falerius ad regem ad pace3 petendam sunt missi qui re infecta uenetias reuersi sunt. post inducias serraualū ab hostibus captū est. in dalmatia spalatrum siccū & tragurium a uenetis ad regem defecerunt. hiadera et ipsa furtim ab hoste recepta ē. ars tamen retenta. rebus uenetis ita periclitantibus ueneti denuo taruisium. ioannem gradonicū ad pacem quib9 posset conditionibus cōponendam. ad regem miserunt quæ his condi tiōibus est impetrata. ut ludouicus rex quicquid a fanatico sinu dirachi um usq; ueneti possedissent. haberet. restitueretq; quæcūq; in histria & taruisino agro uenetis ademisset. ueneti autem dalmatiæ possessione cedentes reliquum terrarum quod circa citraq; sinum esset dimidium retinerēt. pace confecta marcus cornarius ioannes gradonicus & laurenti9 celsi legati in germaniam ad imperatorem sunt missi. cornarius & gradonicus ex legatione redeuntes a regulo quodā germanico itercepti sunt. & in arcem quandam ignominiose abducti. celsus auerso itinere in patriam reuersus paulo post ad presidiu3 sinus classis prefectus missus ē. his rebus domi forisq; gestis delfinus anno sui ducatus quīto ex uiuis decessit. eius funus ad gemellorum edem dellatum est.

pax cū pannoniæ rege cōfecta

Laurentius celsus Dux. LVIII.

l Aurentius celsus absens cum sinui preesset. patre adhuc superstite dux declaratus est. ad eum adducendum duodecim patricii cum triremi sunt missi. eumq; urbi appropinquantem senatus cū bucentaurea naui honorifice excepit. uictor pixanus in eius locum ad imperiū maris est missus. sub id tēpus austriæ dux uenetias accessit. cum uenientem princeps cum frequenti senatu honorifice excepit pauloque post. ciprius rex cum tribus triremibus & regio comitatu affuit qui etiam honorificentissime exceptus est. ingens deinde in creta defectio orta. totaque fere insula ab imperio alienata. nobilium namque quam plurimi ad defectionem spectantes leonardo dādulo duce cum legatis in potestatem redacto. marcum gradonicum duce3 creant. honerarias naues quæ eo applicuerāt cum negotiatoribus intercipiunt. audita insulæ defectione ueneti petrum superātium andrea3 zanum. marcum maurocenum legatos ad ipsos coloniæ principes mittunt: qui eos ad infandum cōsilium deponendum imperiūq3 recipiēdū

Cretēsiū defectio

adhortantur. uerum illi publica mandata nō solū nō acceperunt. sȝ nec audierunt quidem. legatis reuersis ueneti coniurationis principes ꝓscri ptos hostes reipu. iudicant. in eosq́ꝫ bellum decernunt & primum ad pō tificem ad imperatorem ad pannoniæ regem ad ioanaȝ siciliæ reginam. omnesq́ꝫ fere principes cristianos legatos mittunt. orātq́ꝫ ut uenetos ad indignam collonorum suorum defectionem ulciscendam. adiuuarent. uel si id minus. saltem ab iniuria abstinentes. nullam illis opem petenti bus exhiberent. interim ueneti ingentem sub dominici michaelis antea classis prefecti imperio classem decernunt. terrestres etiam copiæ luchi ni uermii ueronensis ductu non pauce conscripte. mille equites duoqȝ peditum millia nauibus impositi sunt. classis trium & triginta triremiū honerariarum octo uenetiis profecta. ad candidam urbem applicuit. in terim defectionis auctores calergo quodam auctore omnes uenetos no biles eius facinoris expertes uenetis rebus fauentes occidendos cura runt. cesi andreas cornarius cabriel uenerius marinus & laurentius pa squalici laurentius gritus zancatius iustinianus leonardus abramus ali iq́ꝫ pleriq́ꝫ. calergus auteȝ paulo post sue in uenetos nobiles impietatis meritas penas luit. a marco siquidem gradonico duce captus facinoro sus homo ex superiori parte ducarii precipitatus pluribus inde uulneri bus confossus occubuit. eius cede factionis principes cōsternati cū nul la sibi apud uenetos impetrandæ ueniæ spes superesset. suis uiribus pa rum fidentes. legatos ad genuenses missere quibus se īsulamq́ꝫ dederēt ea re per georgium molinum coronensem antistitem uenetias dellata. q̄ primum ad genuenses legatio decreta. nunciatumq́ꝫ non posse illos pu blica fide incolumi opeȝ cretensibus prestare. quibus auditis cretensiuȝ legati ulla absq́ꝫ auxilii spe dimissi sunt. interim michael cum incontinē tem copias exponeret ad centū milites ab hoste insidiis excepti ad unū omnes trucidati sunt. expositis in terram reliquis copiis urbē oppugna tione adhortus luchinus. primuȝ suos cōmoda oratione adhortatus in hostes ferociter mouit. sub primū fere congressum. funduntur cretēses fusos urget premitq́ꝫ uenetus uictor. ea clade territi greci. cū se terra ma riq́ꝫ hostibus circūuentos cernerēt. nec spes ulla supesset. ad michaelem & legatos accepta fide ut miseris ciuibus eorūq́ꝫ fortunis parcerent. ur bis claues mittunt. luchinus cū paucis urbem ingressus ē dux grecus ca pitali supplicio ē affectus auctores factionis securi pcussi. militi quoniaȝ a preda fuisset exclusus duplex stipēdium datum. ea uictoria uenetias p lata. gratiis primū deo optimo maximo actis multisq́ꝫ piis operibꝰ per actis. astarum certamina a nobilibus adolescentibus iu diui marci ara p aliquot dies cū magnifico appatu celebrata sunt. i quo spectaculo cipri us rex ex gallia reuersus cū luchini uermii filio iuuene strēuo asta ꝺcerta

proscriptio rebelliū cretensium

Calergi cedes

uenetorum ꝺ cretēsibꝰ uictoria

uit. insula ad imperium redacta classis cum copiis uenetias est deducta. cum ciprio Rege foedus est ictum. & in eius gratiam noua classis instru cta qua ille usus alexandriam urbem expugnauit eamq diripuit. celsus cum annos circiter quatuor rempu. administrasset. excessit. & ad cellesti nam edem sepultus est.

Marcus cornarius Dux. LIX.

m Arcus cornarius singulari sapientia & elloquentia uir du cali dignitate decoratus est anno sexagexímo quinto tercē texímo & millexímo. sub prima huius administratione no ua cretensium defectio successit. eiusq primi motus a ioan ne calergo orti dicuntur. qui se eius defectionis imperii insigniis ereptis principem gessit. & primum ad nobilium perniciem conuersus nicolaū dandulum & eius fratrem. aliosq plerosq nobiles oppressit. castella op pidaq non parua expugnauit ac diripuit totamq fere insulaз preter ur bes & paucissima oppida a uenetis alienauit. ueneti ea nouitate audita missis ad pontificem legatis impetrarunt: ut quicunque aduersus insula nos rebelles arma sumpsissent. omnium quae ad eam diem deliquissent plenam ueniam consequerentur. missi postea ad grecoruз motus inibē dos legatorum nomine iacobus bragadinus. aurius lauredanus. petr9 mocenigus. laurentius dandulus. & andreas zanus qui barbaris militi bus & peditibus q plurimis ex diuersis locis conscriptis in hostes moue runt: & apud argatiam & melisiam dimicantes insulanos fuderunt fu garuntq. multi deinde & diuersi in ipsa isula conatus fuere. pluribusq in locis uario euentu dimicatum: nouis postea legatis pātaleone barbo ioanne zeno nicolao taruisano andrea zeno & nicolao iustiniano cū nō paucis peditum turmis succedentibus. uenetis uiribus auctis multa in insulanos a legatis sunt gesta. multaeq populationes & incendia subse cuta ita ut non paruam rerum penuriam fecerint qua ex re lasithani fa me adacti deditionem fecerunt multaq alia loca ad imperium compul sa. demum calergo in potestatem redacto & securi percusso sublatis un dique hostibus pax cretensibus est reddita. rebellium multi partim ca pitali supplicio affecti. partim exilio damnati. his rebus gestis Cornari9 cum annos duos menses octo reipu. prefuisset. ex uita discessit. & in ge mellorum ede sepultus est.

Noua colo norū cretēsi um defectio

Andreas contarenus Dux. LX.

a Ndreas contarenus ducatus successioneз accepit. anno sexa gexímo octauo tercentexímo & milexímo. qui quasi presagi ret quanta sub eius tēpore detrimenta reipu. euentura erant

aliquandiu oblatam dignitatem recusauit ob idq; in patauinum agrum secesserat donec noua alterius ducis electio fieret. uerum cognatorum precibus motus cum etiam patres ei exilium & bonorum publicationē nisi cessisset. interminati essent. ducatus administrationē uel inuitus suscepit. Sub primum illius tempus tergestum ab imperio defecit. tergestini namq; triremi una quæ in histria ad uectigalum custodiaz tenebatur intercepta eiusq; perfecto obtruncato ueneta signa in publicum erepta distraunt & adimum demittunt. ueneti copis celleriter contractis terra mariq; urbem obsidione cingunt. terrestrium copiarum imperium dominico michaeli comissum. classi cresus molinus prefuit. qui tentarunt urbem oppugnare. uerum tergestini carnorum auxiliis freti strenue oppidum defenderunt. sepiusque uario euentu dimicatum. missis postea in suplementum plurimis copiis nouisq; legatis petro lauredano & tadeo iustiniano succedentibus. tergistini missis ad id oratoribus duci austriæ se urbemq; dediderunt qui paulo post cuz decem milibus equitum pedita tuqz maximo affuit. & cum uenetis congressus momento temporis uallum occupauit uerum milites sotiisq; nauales suis strenue opem ferentes: non solum hostes repullerunt sed feda etiam clade illata eos abire compulerunt. germani ea aduersa pugna fracti cum nulla retinendæ urbis spes superesset. inde copias in germaniam ab duxerūt. tergestini sua spe frustrati certis conditionibus deditionem fecerunt. nouum deinde cum francisco carario bellum exortum. belli causa ex finibus profecta cuz quottidie cararius circa paludes aliqua moueret. accessit ad id q; cōpertum est facinorosos quosdam atriano subornatos ut aliquos patricios exprimoribus trucidarent. eorum quidam in potestatem redacti ad geminas columinas in quattuor partes distracti sui sceleris penas dederunt. ad id etiam compertum est ex senatorio ordine fuisse quosdam qui plurima cōsilii decreta carario significarent. super ea re habita questiōe aliqui conuincti perpetuo carceri damnati sunt. eo bello decreto ueneti rainerium uascum militaris disciplinæ peritissimum ex etruria accersitū copiarum imperiū demandarunt & cum eo legatorum nomine andreas zenus & tadeus iustinianus missi sunt. & primum in patauinos mota castra. patauinumq; agrum longe lateq; populati sunt. orta deinde inter rainerium & legatos discordia est. ferunt illum brentulam fluuium traicere uolentem a legatis impeditum. ob idq; ira percitum se imperio abdicasse. cararius autez suis uiribus parum fidens lodouicum pannoniæ regem sibi belli sotium asciuit. ueneti. uero preter terestres copias ingentem classem decernunt eiusq; imperium micheli delfino comittunt. legati petrus iustinianus & petrus cornarius ei additi. ingens iterea barbarorum uis expanonia in taruisinos fines erupit. oīa cede rapinis & in

tergestinorū defectio.

ducis austriæ in italiaz ad uentus.

bellum cuz carario.

e

cendio uastans . ad eorum conatus opprimendos tadeus iustinianus ad anaxum fluuium occurit & circa fluuium comisso prelio primo congressu pan nones fusi sunt. reparata deinde pugna longe atrocius dimicatū hostesq; superiores fuerunt. uicti ueneti acie cessere. pauci capti. plures

uenetorum clades.

omnino cesi . in quibus iustinianus fuisse dicitur. in carnorum deinde fines panones reuersi per feltrinos ducentes ad bassanum oppidum cō sederunt . Veneti postea reparatis copiis imperium Alberto corigiensi detullerunt qui leonardo & andrea dandulis & petro fontana legatis in castra uenit & ubi in hostium conspectu fuit structa acie in mediuз processit. erat stephanus transiluanus panonici equitatus ductor qui & ipse haud pugnam detrectauit. iniecto igitur certamine uenetus ductor iubet relictis equis equites pedestre preliuз capescere. atroci deinde. conserto prelio tanta strenuitate est a uenetis dimicatū ut fusis fugatisq; hostibus inclitam uictoriaз illo die adepti sint. multi ex hostibus in

uenetorum uictoria.

acie cesi. transiluanus cum plerisq; barbaris illustribus captus est. capti & multi italici nominis illustres & patauini plerıq; . panonica & carariana signa disiecta in uenetorum potestatem uenerunt. post acceptam cladem marsilius cararius francisci frater a ciuibus impulsus . cum se pacis auctorem obtulisset ad uenetos transfugit. lodouicus etiam rex suorum clade audita ad cararium scripsit ut pacem quibuscunq; posset conditionibus a uenetis acciperet. cum nulla amplius ab eo auxilia sperare posset. cararius igitur omni spe destitutus petita pace his conditionibus

pax carario reddita.

impetrauit ut quinq; ueneti patricii ad id creati de finibus iudicarēt. patauini quadraginta aureorū numum milia uenetis soluerent. inde ad quindecim annos quatuordeciз milia quot annis . ut franciscus cararius siue filius ad principis & patrum conspectum ueniam peteret. castrum nouū dirueretur. turis corania uenetorum esset. ut quot annis ad arā diui marci tercentos aureos numos dono mitteret. tria milia pssuum ab hostiis fluuiorum non edificaret . ut marsilii prediorum fructus uenetias portarentur. ad eam pacē sanctiendam nouellus francisci filius uenetias uenit qui in diui marci ede iurauit se cum patre & carariis omnibus ea rata habituros quæ in paciis conditionibus expressa essent. post patauinum bellum liopoldus austrie dux cum quattuor milibus equitum. in italiam descendens taruisinum agrum subito incursu inuadit . & ferro igniq; omnia uastando in conspectu urbis consedit. ueneti ea nouitate moti ad primum tumultum aliquot coortibus conscriptis . & ab estensibus leuibus quibusdam presidiis acceptis hosti occurunt. barbari autem ex taruisio recedentes in belunensem agrum se receperunt. ueneti interim germanis negociatoribus eorūq; bonis interceptis iacobū caballum uirum in re militari strenuissimum accersitum oībus copiis cū impio pre

ficiunt qui acceptis copiis teruisium uenit. & auxilis undiq̧ cōtractis hostium fines ferociter ingressus ad unigum castra ad mouit ubi cum barbaris congressus multisq̧ eorum cessis. deiectis hostibus ad iuctorium usq̧ processit. quod oppidum oppugnare adhortus ui cepit & feltrum deinde castra admouit agrisq̧ fede populatis. urbem oppugnatione tentare adhortus est. multi deinde utrinq̧ conatus fuere cum lodouici regis interuentu ueneti cum liopoldo in bieniuʒ inducias pepigerunt. nec multo post rex ipse denuo alienatus cum genuensibus aquileniensi antistite & carariis in uenetos fedus inierunt. quod cum ueneti resciuissent cum leopoldo ominibus rebus utrinq̧ restitutis leonardo dandulo & petro cornario ad hoc missis pacē cōposuerunt. belli inter genuenses & uenetos causa fuisse dicitur ꝙ cum perinus cipri rex famagustæ coronationis pompam. duceret. uenetū mercatorū presulem. quem baiuluʒ uocant. genuensi prepositum genuensemq̧ cum ignominia pulsum. rege in uenetos magis quaʒ in ligures inclinante. magna sunt genuēses indignatione affecti. ad hec cum andronicus genuensium auxilio fretus qui bus tenedum insulam in mercedem facinoris promisserat. caloiouanem patrem constantinopolitanum imperatoreʒ imperio deturbasset. ueneti eundem in regnum reduxerunt ac tenedum insulam ab eo receperunt & cum atrox. sibi bellum imminere conspicerent. ingentem classem decreuere. cui uictorem pixanum cū imperio preficiūt eiq̧ pantaleon barbus & lodouicus lauredanus legati sunt additi. classe in altum deducta. ad capud antii in maritima latii ora ligusticis triremibus inuentis lodouico fresco duce cruento utrinq̧ marte dimicatum est. demū genuensibus inclinantibus ligures uincuntur triremes quatuor media pugna dilapse sunt. relique cum lodouico capte & cum eo genuenses nobiles q̄ plures. sotiiq̧ nauales ad octingenti. cesi ad sex centi. pixāus deinde classe admota. catarum panoniæ regis urbem expugnat. aucta postea classe polam ubi hostium classis esse dicebatur concessit. & cuʒ hoste congressus luciano aurio genuensium prefecto quindecim triremibus ab hostibus captis profligatur. ad duo milia hominum capta. plures cesi. plurimi uulnerati. cecidit etiam in ea pugna lucianus genuensium prefectus. pixanus ob rem male gestam uenetias accersitus in uincula coniectus ē. ligures deinde sesaginta triremiuʒ classe comparata petro aurio infratris demortui locum duce suffecto uenetias contendentes. humagum gradum ac crapulas ui captas incendunt. inde paruam clodiam mouentes occupant. & incendio absumunt. ueneti autē tot cladibus affecti cū classem quæ hostibus opponeretur parare non possent. ad tutandam urbē cōuersi ad pressidiū portus quindecim triremium classem decernūt cui tadeus iustinianus prefuit adhec castellis duobus ligneis cōstructis por

belli īter genuenses & uenetos causę.

uenetorum ad caput antii uictoria.

uenetorum clades.

tũ obstruũt. tormentisq; bellicis muniunt. triplici inde catena tres honẽ rarie naues inserte tenacibusq; uinculis conneexe sunt ad nicolai fanũ su pra litora copie disposite. imperiũ copiarũ iacobo caballo ueronẽsi datũ circa medoacum etiã castellũ munitissimũ cũ duabus nauibus erectũ ua lidoq; pressidio munitũ. genuenses aũt in tanta occasiõe haud cessantes hiadera soluẽtes clodiacũ portũ subito incursu. insidũt. Ide clugiã mouẽ tes a ueneto pressidio aliquandiu egregie. defensam. petro emo urbis pto re nicolao cõtareno & iouãne mocenigo legatis. demũ superante hostiũ multitudine: nã ad quatuor & uiginti milia fuisse dicuntur: tandẽ ui capi unt. patauino tiranno comeatu3 & copias subministrãte. lodouici regis genuensiũ & cararii principis signa sunt loco prefixa. ad sex hoĩum milia ea expugnatione cecidisse dicuntur ad noningenti & quinquaginta capti petrus emus pretor tribus milibus aureorũ nũmu3 redẽptus est clodia capta ueneti terã mariq; clausi. anonæ & rerũ oĩum inopia laborare cepe rũt. laurentũ nãq; & bebiana turis & capud argeris paulo post deditione facta in hostiũ potestatem uenerãt. ex taruisino agro solũ. aliqd furmẽti p id tempus psilium annẽ apportatũ. tanta accepta clade consternata ci uitas cũ fluctuaret in tanta rerũ pturbatione quẽ potissimũ bello prefi ceret. unu3 uictorem pixanũ. apopulo clamatu3 idoneũ esse qui tãtæ rei pficeretur. qd cũ apatribus etiã esset decretu3. ecarcere eductus pixanus restituitur totius ordinis consensu ad pristinam dignitatem. maritimæ q; rei solus preficitur qui cum classe ad portum uenisset cũ copiar; ĩpera toris cõsilio duas tures ad utrũq; caput port9 erigẽdas curauit. accedẽte postea carolo lodouici regis filio cũ decẽ barbaror; milibus. ad taruisiũq; consedente missis ad eum nicolao mauroceno iouanne gradonico & za caria cõtareno legatis. pax est a uenetis tentata quam uel iniquis etiã cõ ditionibus accepturi erant. uerum hostibus superbia elatis iniquissima postulãtib9. satius ueneti duxerũt extrema oĩa pati q̃ uenetũ nomẽ tãta ignominia deprauare. tentarũt autẽ genuenses uenetã urbẽ oppugnare uerũ multis circa portũ preliis comissis. iouãnes barbadicus cũ lẽbis q busdam armatis eos facile repulit. superuenit postea carolus zenus uir bello nauali peritissimus cũ triremibus quatuordecim qui depressis dua bus honerariis nauibus ante clugiensem portum. eo necessitatis genuẽ ses perduxit ut obsidentes q̃ obsessi maiore oĩu3 rerũ penuria laborarẽt illud etiã genuensiũ res nõ parũ aflixit q; pettrus aurius ligustice classis prefectus dum apud laurentũ pugnatur bombarda quæ tũc primũ. theu tonico quodã auctore inuẽta dicitur. ictus occubuit. postremo genuẽses clugiæ obsessi cũ fame laborarent. habereq; comeatus nequirent. dedi tionẽ fecerũt. anno octuagexim o tercẽtesimo supra milleximũ. ad quatu or milia hoĩu3 capti uenetias in custodiã adducti sunt. plures ferro & fa

ueneti portũ muniũt.

clodia a genuensibus capitur.

uictor pixanus.

pax a uenetis tentata.

clodia a uenetis recipit

me in ipsa oppugnatione perierūt. clodia recepta. teregestina defectio successit. ciues nāq; donato trono pretore in uincula coniecto utrāq; arcē in potestatē redactā diruunt. iustinopolis etiā ad hostes defecit arx tantū retenta est. pol laquoq; a genuēsibus capta. magnaq; ex parte incensa. uerū reparata classe & in histriā ducta iacobo caballo etiā. cu3 terrestribus copiis accedente. iustinopolis recepta est urbsq; dirupta. pixanus hiaderā classe profectus in febrem incidens ingenti cū suo3 mestitia uita decessit in cuius locū patres. carolum. zenuū. ad imperiū maris suffecerūt. in cōtinenti uero taruisiū. patauinis armis grauiter uessatū. ibiq; commeatibus interclusis nō parū fame laboratū. & cū retinēdi eā urbē spes nulla uenetis subesset ne in carrarii manus deueniret. misso ad id pātaleōe barbo ueneti eā liopoldo austriæ duci habendā cōcessere. demū cū tam acri & diuturno bello ueneti & genuēses defessi essent. sabaudiæ ducis interuentu āno sexto mēse quarto ex quo bellum ceptum est. pax cū genuensibus lodouico rege & sotiis his conditiōibus cōfecta est. ut captiui utriq; restituerent ueneti tenēdo cederent. decimo quoq; āno ungariæ regi septē aureorū numū milia psoluerēt ob idq; dalmaticam oram tutam uenetis redderet nulibiq; salē fieri sineret. ut patauinus dominus capite argeris & morantiano uenetis redito turres in stagnis & fluuiorū hostiis edificatas demoliretur. termini inter uenetos & patauinos alberto estēse arbitro positi. uenetiis ad triginta qui priuatis sumptibus rempu. iuuerāt. ad patriciū ordinē reducti sunt. lodouicus rex paulo post. uita decessit. carrarius postea taruisiū adhortus tātis cladibus afflixit ut leopoldus rerū desperatione. patauino sub certis conditionibus urbe3 reliquerit. his terra mariq; gestis. contarenus cu3 annos quatuordeci3 rempu. administrasset. uitam finiuit & ad protom artiris edem sepultus est.

carolus zenus

pax com genuensibus.

Triginta familiae ... patricio ordini, anno M. ccc. lxxx.

Michael maurocenus Dux. LXI.

m Ichael maurocenus in ducatu successit. eius tempore. lex lata est ut homicidii conuicti securi subicerentur. cum antea suspendio necarentur. & cum menses quatuor reipu. prefuisset. occubuit. & in gemellorum ede elatus est.

Antonius uenerius Dux. LXII.

a Ntonius uenerius cū dux crete eēt. inde accitus ducali dignitate decoratus ē. uir pstātibus moribus & ingenio ad beniuolentiā cōparandā accomodato. sub huius tēporibus ātonio scalla ueronensi & frācisco seniore patauino domino grauissimo inter se bello decertantibus galeatius uicecomes francisco carario instigante scalligeris bellum intullit. hisq; supera

tis uerona uicētiaq; potit.neq; hoc galeatius cōtētus sotiis armis cū uenetis,iūctis carariū & ipsū adhort9 paucoꝝ mēsiū obsidione patauiū cepit. frācīscū carariū captū medoatiū i carcerē cōicit.taruisio quoq; armis subacto id uenetis ex federe habēdū cōcessit.nec multo post cū galeatii opes inualuissent.essentq; uicinis oibus suspecte.cūq; ille bononiēsib9 & florētinis bellū itulisset.ueneti.florētini bononienses franciscus gonzaga: estēsis marchio & carolus malatesta i uicecomitē fedus inierūt.robert9 etiā bauariæ dux ad quē carari9 nouelus cōfugerat.ipartē federis ascitus ut i uicecomitē in italiā descēderet.galeati9 aūt mātuā ingēti tumultu ad hortus terra & aquis urbē obsedit.sed ueneti ingēti nau igioꝝ ui cōparata hostē nō sine cede ab urbe reppulerūt.nec mlto post a carolo malatesta copiaꝝ impatore apud gouernolū iucū ingēti plio galeati9 iuctus nō sine ignominia est abire coactus.ea occasiōe usus carari9 nouellus ignoto habitu in italiā reuersus uenetis fauētibus patauiū ingressus urbe potitur.sub secutus bauariæ dux cū ualido exercitu arcē oppugnare adhortus est.ueronenses etiā ea nouitate moti pulso uicecomitis presidio antoniū scallā ex etruria accersunt.uerū cū paulo ante defunctū intelligētes. penitētia ducti.ugolotū blancardū qui intermōsū agro uicecomiti militabat.impetrata erat i uenia psolutis aliquot aureoꝝ numuꝫ milibus in urbē accipiunt quam ingressus milites adireptione taꝫ opulentæ urbis retinere nequaquā potuit.uerū galeatii uxor eius urbis calamitatē miserata.triduo post direptionē inibuit.bauarie dux questus se mercede a florentinis defraudatū in germaniā discessit.florentini postea iouannē haucut.carariensi cū ualidis copiis auxilio missere.eiusq; opera patauina arx breui in deditionē recepta est. pax demū in sex annos secuta est.sub id tēpus austriæ dux uenetias uenit qui duabus triremibus eius nomine instructis ad cristi sepulchrū uisendū profectus est.principis filius alouisius nomine qui patriciæ femine amore captus in mariti eius inuidiā. cornua ad eius ianuā suspenderat.super ea requestiōe decreta.flagitii cōuinctus patris etiā iuditio p aliquot annos carceri damnatus est. his rebus gestis uenerius anno sui ducatus decimo octauo occubuit & in gemello rum.ede sepultus est.

ueneti taruisiū recipiūt

patauium a carariis recipitur.

uerona dicipitur.

ueri principis iudiciuꝫ

Michael stenus Dux.LXIII.

M Ichael stenus ducatus successionem accepit anno quadragenteximo & mileximo. in eius principis honoreꝫ per totum fere annum.ludi magnifico aparatu instructi cellebrati sunt.per id tempus ex sex triremibus mercē honustis ex syria redeūtibus leonardo triuisano pfecto apud taurinū sinuꝫ quatuor tēpestate acte naufragio perierunt.res tū cum omnibus

fere hominibus seruate sunt. nec multo post. genueñses unam & uiginti triremes. bucicardo gallici sanguinis homine prefecto struxerũt. classis genua profecta ad scandalorũ ciliciæ oppidum admota. inde postea pro fecti genuenses in siriam mouentes berutum subito in cursu opprimũt ibiq; uenetas & aliarum gentium naues. quæ tunc forte in portu erant. hostiliter diripiunt. ex siria in peloponessi orã procedunt. carolus zen9 qui adriaticho sinui cum undecim triremibus preerat. ligusticam classe; in superum mare profectam intelligens. solicitus ne quis in res uenetas impetus fieret. ad ligusticã classem quæ inter metonem & iuncum concesserat. iter flectit. sub eius accessum acre preliu; committitur. eratq; uenetis conditio deterior quo plures ligur triremes pluresq; propugnatores gallici nominis habebat. & iam res ueneta inclinabat cum hermola9 lõbardus ex negociatione rediens cum duabus triremibus opportune superuenit qui quanto in discrimine res ueneta esset conspicatus. in hoste; maximo impetu congressus triremem unam tam infesto ictu percussit. ut eam cum tota turma bellatoribusq; subuerterit. eius clade hostis territus animũ remisit pugnatumq; per quattuor horas dubio marte demum tribus hostium triremibus euersis totidem captis relique fuse fugateq; sunt. sub id tempus nouellus cararius qui paduæ principatũ aliquot animis ante uenetis adiuuatibus recuperauerat. beneficiorum imemor odium quo uenetos prosequebatur haud dissimulãs semper aliqd moliebatur quo uenetum sollicitaret imperium. & primum guielmu; scallam uerona potitum ueneno substulit eiusq; filios proditione captos necandos curauit. ipseq; scallanis sublatis uerona potit̃. nec eo contẽtus Vincentiam armis subigere adhortus est. uicentini aũt a carariis abhorrentes dedentibus ultro ciuibus se urbemq; uenetis dedunt. ea capta iacobus surianus cum magna sagittariorum manu ad presidium urbis ẽ missus. miserunt etiam ad cararium ueneti admonentes ut a uicentinorum rebus qui in uenetorum fidem uenissent. abstineret. cararius aute; caduceatore ad id misso. cõtra iusgentiũ uiolato uenetis renũciari iubet mirari se Venetorum insolentiam qui cum nullum ius incontinenti habeant. Leges merito imperantibus uelint prescribere. irent & paludibus se continerent. eosque preesse ciuitatibus sinerent q eam facultatem. A maioribus suis accepissent. tam insolenti tiranni Responso Veneti commoti cum Francisco Gonzaga societatem ineunt. eique copiarum imperium demandant. interim feltrenses belunenses bassanici imperium Venetum ultro receperunt. Carolo etiam malatestæ ex flamminia accersito totius exercitus summa demandatur. Qui aliquot expeditionibus in Patauinos factis Medio ardore Belli se imperio abdicauit. Quo Abrogato Veneti Paulum Sabellum

Veneto; uictoria

Cause eugenei belli

uicẽtia uenetis cedit

romani sanguinis hominem in re militari prestantem. totius rei summā demādarunt placuit igitur franciscum gonzagam belli socium ueronē ses subita ui adoriri. ille itaq; maturandum ratus magno militū numero conscripto ueronā ad eam partem adhoritur que ad mantuauos uergit idem faciunt ueneti ex uicentinis mouentes quo impetu ueronenses perteriti cū nulla auxilii spes subesset cūq; carariū & guielmū scallam eiusq; filios ueneno necasset. infensum haberent. deditionem fecerūt. iacobus cararius qui ibi cū presidio erat. hostiliam profugit. inde cū padū traiceret captus uenetias ductus ē. in patauinis uero galeatius grumelus. mātuanus uel gonzaga ut a quibusdam dicitur. qui mortuo sabello. patrū decreto illi in imperim successit. patauino agro incendio & populacionibus uastato. plerisq; etiam oppidis captis ad urbem deinde castra admouit. & ad portam quæ crucis dicitur obsidone & certaminibus pene assiduis urbem premebat. demum intempesta nocte scalis muro admotis pleriq; in sūmum euasere. captaq; porta copiæ omnes repente in urbem inmisse sunt. & tādem urbs in deditionem accepta est. confugerat ī arcem franciscus cararius cum filiis quam ueneti nō multo post recepere. urgente eos ad deditionem famæ. franciscus captus & uenetias missus una cum fratre in carcere necatur. isq; carariorum finis fuit. patauio capto marinus carauellus pretor & zacarias taruisanus pfectus eo missus est. ea expeditione. uincentia. uerona. colonia. feltrum. bellonum & nouissime pataujum cum suis finibus ueneto imperio cesserūt. ueronēsium & patauinorum legati ad obedientiam defferendam uenetias uenerunt. albertus etiam estēsis ferrariæ dominus qui opem carariis tulerat. ueritus ne & ipse dominatu eiceretur cum iam ueneti in eius inuidiā atium estensem ablegatum ex grecia accersissent. Venetias supples ad ueniam & pacem petendam accessit. quam his conditionibus impetrauit. ut sal comaclii amplius non fieret. uenetum magistratum ferrariæ acciperet iuraretque se perpetuo in uenetorum amicitia mansurum. Sub id tempus summa turris quæ pro aurea ede est confligrauit quæ postea sumptuosius purissimoque auro illita restituta est. tūc quoque ladislaus rex ex pannonia in italiam ad neapolitanum regnum recuperandum traiecturus hiaderam urbem cum toto agro eiusque pellagi finibus centum millibus turcorum nummum uenetis uendidit ad eam recipiendam franciscus. cornarius. leo mocenigus Antonius contarenus & Fantinus Michael cum ualido presidio legatorum nomine sunt missi. Sub id etiam tempus Florentini Pipi ductu cum decem equitum millibus uenetos fines inuaserunt. idque bellum a sigismundo imperatore cuius auspiciis tuscus in italiam mouerat. illatum dicitur. Sub primum pipi accessum utinenses saurigna

Verona uenetis armis cessit

Pataujum capitur

Pax estensibus reddita

hiadera auenetis emis

nis cum suae factionis hominibus ad Venetos transeuntibus dedi-
tionem fecerunt. Inde pipus mouens in Taruisinos fines transiit:
uenetisque Sarauallum bellunum. Ac feltrum ademit. ad eos mo-
tus euertendos ueneti militem & arma compararunt. copiarumque impe
rium carolo malatestae militaris disciplinae prestanti decretum. in tarui-
sino & feltrensi agro non nunquam cruento marte pugnatum. a barba
risque in captiuos grauiter saeuitum: ferunt pipum post preclara belli faci
nora auro corruptum omissa prouincia in pannoniam abiisse eumque ad
se reuersum sigismudum liquefacto auro ori admoto necasse. cum i hũc
modum aliquandiu bellatum esset. missis ad regẽ toma mocenigo fran
cisco foscaro & antonio cornario legatis cum rege in quinquennium in
duciae sunt pactae. nec multo post stenus cum annos tresdecim rempu.
administrasset naturae concessit. & ad minorum edem dellatus est.

Thomas mocenigus Dux. LXIIII.

Thomas mocenigus cũ cremonae apud cabrinum fundu-
lum legati munere fungeretur absens dux declaratus est
anno tertiodecimo quadringenteximo supra milleximũ
sub id tempus erat lodouicus thechius aquilgiensis anti
stes qui totam fere regionem foriiulii quam patriam appellant. suis au-
spiciis administrabat. inter hunc & utinenses orta discordia. cum ciues
saurignanae factionis uiros qui ad uenetos transierant. in urbem reduce
re aniterentur. thechius autem negaret se id unquam passurum. ueneti facili
um occupant. lodouicus antistes suis opibus parum fidens ad panoniae
regem profectus nõ multo post cum quatuor millibus barbarorum af
fuit. ciuidatenses interim ad uenetos defecerunt. in eos igitur lodouicus
mouit. illi uenientem hostem. presidio a uenetis accepto intrepide excipi
unt & cũ castra per dies quindecim in conspectu oppidi pãnones habuis
sent. ui frigoris obsidionem soluere sunt coacti. ueneti autem feltro bel
lono aliisque locis quae priori bello amisserant. receptis patriae noe fines in
gressi prato oppido euerso. philippo aretio armorum peritissimo exerci
tum ducente. utinum castra admouẽt & cum nulla auxilii spes superes-
set. utinenses deditionem fecerunt. missis uenetias qui se omniaque in ue- Vtinensiuz deditio
netorum fidem traderent. his benigne acceptis decretum est ut non sau
rignani soluz. sed quicũque extorres in patriam redirent bonaque singulis
restituerentur. eam deditionem uniuersa patria secuta est. eius tempore
diui marci edes incẽdio est pene absumpta. eaque liquefacto plombo quo
operta fuit egre est ab igne defensa. mocenigus sũma integritate uir cũ
annos decẽ reipu. prefuisset sx uiuis excessit. & ad gemellorum edẽ sitꝰ est.

Franciscus fuscarus Dux. LXV.

f

Ranciſcus fuſcarus.ducatum adeptus eſt.anno uigexi
mo tertio quadringenteximo & millleximo.uir ſingula
ri ſapientia & eloquentia preditus & uere principatu di
gn9.ſub cui9 adminiſtratiōe ueneti īperii fines nōſ paꝝ
progati & primū cū philippo mediolanenſiū duce bel
lum ſuſceptum eſt.is enim non contentus paterni principatus maximā
partem amiſſam armis recuperaſſe.non nullas etiam urbes nunquam
a ſuis maioribus poſſeſſas miro felicitatis curſu ſuo imperio adiecit.no-
uiſſime uero florentinos multis illatis cladibus ita atriuit ut de liberta-
te retinenda non parum ſolliciti eſſent.miſſis igitur eorum ad uenetos
legatis ad fœdus in philippum ineundum.multis deprecationibus ad-
hortantibus.ueneti florentinorum precibus fatigati.philippi etiā opes
iam ſuſpectas habentes.ad philippum legatos mittunt eumq; adhortā
tur ut poſitis armis cum florentinis bellare deſiſtat.philippus autem
cum ſe omnia uenetorum cauſa facturum predicaret.tamen nichilo re
miſſus etruſcas opes urgere perſeuerabat.miſſus poſtremo ad illū pau
lus cornarius qui niſi confeſtim a bello abſtineret.illi aperte bellum de
nunciaret.ad quod etiam nō parum uenetos impulit frācīſci carmigno
læ auctoritas uiri ea tempeſtate bellica laude inſignis qui a philippo di-
ſcedens ad uenetos tunc confugerant.ueneti igitur inita cuʒ florentinis
ſocietate & cum his nicolao eſtenſe & franciſco gonzaga & amadeo ſa-
baudiæ duce.carmignolæ omnium copiarum imperium demādant.cō-
ſcriptiſq; ſexdecim equitum milibus peditum octo millibus communi
populorum impenſa.cūq; fluuiali & maritima claſſe inſtructa philippū
eodem tempore.pluribus lateribus oppugnare adhorti ſunt.& primuʒ
carmignola tentata brixiæ arcis per proditiōem occupatione.cum id pa-
rum proceſſiſſet.cum gelfæ factionis primoribus qui philippo aduerſa
bantur & precipue petro & achille aduogaris multis pollicitationibus
egit ut ſilentio noctis refracto muro intra urbis menia reciperetur.eaq;
ex parte occupata ueneti tandem ſeptem menſium oppugnatione.totā
in poteſtatem ſuam redegere.ad recipienda deinde brixianorum caſtel-
la carmignola conuerſus non nulla ab hoſte recepit.pauloq; poſt mar-
tinus pontifex cardinalem ſanctæ crucis legatum ad uenetos miſit qui
pacem inter philippum & uenetos componeret quæ oratoribus hinc in
de miſſis ſub certis conditionibus philippo data eſt.uerum ad eam iam
prius acceptam cum philippus ſtare noluiſſet.Rurſus bellum utrin-
q; raparari ceptum eſt pugnatumq; eſt ter eo anno ad gottolengum
brixianorum caſtellum.ad ſummum cremonenſium uicum quibus
in locis dubio utrinque marte diſceſſum eſt.apud maclodium tertia
pugna commiſſa.in quo philippi copiæ ſuperantur magnaq; ſtrages

Carmignolæ ad uenetos trāſitio (beside lines 18–20)

fœd9 cū florētinis ī philippum (beside lines 24–27)

brixia a uenetis capit̄ (beside lines 33–34)

ingēs uenetoꝝ apd maclodium uictoria (beside lines 38–41)

edita. captus carolus malatesta copiarum imperator & cum eo equitũ peditũq; circiter octo millia. impedimẽtaq; omnia in potestatẽ uenerũt captus carolus. a carmignola & mantuano principe cum omnibus captiuis incolumis dimittitur. ea tanta clades fuisse dicitur ut si carmignola captiuos retinere cursumque uictoriæ sequi uoluisset. philippum principatum eicere haud magno negocio potuisset. & demũ philippo ea clade consternato ad pacem inclinante. martini pontificis legati interuẽtu ferrariæ. eo proficiscentibus principuʒ & ciuitatum oratoribus. his conditionibus pax composita est. ut brixiam & oppida brixianorum cremonensiumq; quæ antea ceperant ueneti retinerent. utq; philippus bergomum. bergomatemq; agrum uenetis ex fœdere dederet. & ne socios uenetorum florentinorumq; bello uexaret. nec tamen pax illa diuturna fuit Florentini namq; egreferentes guinisium tirannum lucenseʒ superiore bello philippi partes secutum fuisse. opprimendæ luce occasiõem nacti nicolao fortebrachio duce lucensem agrum hostiliter inuadũt. captisq; quibusdam castellis urbem obsidere adhorti sunt. philippus autem guinisii precibus motus ueritus etiam ne si luca Florentini potiti essent. potentiores eos haberet hostes. Franciscum sfortiam cum magno equitatu in florentinos mittit qui alpes transgressus & luce appropinquans tantum terroris hostibus inieeit ut castra mouere & lucã obsidione soluere coacti sint. sfortia autem cum paulo post ex etruria ĩ galliam cum copiis decessisset. Florentini noua obsidione lucenses premere adhorti sunt. ad quorum conatus euertendos philippus nicolaum piccininum cum ingentibus copiis misit qui magno tumultu in florentinos erupit. ueneti autem sociorum periculo moti missis ad philippũ legatis eum ad arma aduersus florentinos deponenda adhortantur. eo autem aduersante. renouato cum florentinis fœdere ei bellum indicunt in gentemq; classem decernunt que pado flumine hosti obiiceretur. interim Carmignola soncinæ arcis per proditionem occupãdæ in spem adductus pacta cum arcis prefecto non parua pecuniaruʒ ui. in insidias precipitatus a sfortia & tollentinate interceptus. mille & amplius equitibus amissis egre se ab hostibus proripuit. nec multo post apud Cremonam in pado nauali prelio pugnatum nicolao taruisano classis prefecto in quo ueneta classis disiecta profligataque est. magnaque clades accepta ex ingenti namque nauium numero quinque tantum fugatis relique in hostium potestatem uenere. ad eam cladem ulciscendam. Quoniam philippi classem Genuenses instruxerant. ueneti nouã uiginti triremium sub petri lauredani imperio classem in ligures instruũt & quinque etiam triremibus a Florentinis acceptis celleri nauigatione liburnum applicuit iacobo adurno antonioque flisco Genuensibus

pax cũ philippo

Recẽs cum philippo bellum

uenetoꝝ in pado clades

extorribus belli sociis exceptis in classemq; admissis ut in patriam redu cerentur. ligures contra quattuor & uiginti triremibus instructis franci sco spinula prefecto apud rapalitanum sinum mouerunt & in uenetam classem plenis uelis inuehuntur. Lauredanus autem fugam simulans celleri cursu se sinu proripuit. cuz ligures ueluti fugientem sequuntur. Venetus autem postea triremium proras in ligusticam classem flectēs in eam ferociter inuehitur. manuque utrinque conserta. cruentum ori tur prelium. maximoq; ardore uario euentu hinc atque inde per ali quot horas dimicatum. demum pretoria naui intercepta octo ex hostiū triremibus deditione facta in lauredani potestatem uenerūt relique ma le habite celleri fuga in altum euaserunt. Lauredanus spinula prefecto cum octo nauium gubernatoribus uenetias missis corcirani concessit.

uenetorum de genuēsibus uictoria

nec multo post in cremonensi agro apud summam k cum pado pro pinquum cum philippi copiis magnis utrinque animis dimicatum ubi neutro inclinante fortuna pugna distracta est. sub id etiam tempus ca ualcabouis industria armorum ductoris cremona pene capta est. occu pata ab eo eius urbis porta eaque per biduum detenta potitiq; urbe ue neti fuissent si carmignola qui ad tertium lapidem cum una legiōe sub stiterat. copias subsidio misisset. uerum eo cessante qui in urbe erāt pau cis amissis se ad suos receperunt. tunc uero carmignolæ fides apud uene tos suspecta esse cepit que ex eo concepta est q; classis sub eius oculis ab hostibus disiecta esset. & ad cremonam pene captam subsidiuz ferre ne glexisset. q;q; captiuos ad maclodiū captos dimisisset. uenetias igit sub specie de ratione belli consultandi carmignola accersitus questiōe & lit teris perfidiæ conuinctus securi est percussus. eo sublato mātuano prin cipi. copiarum imperium est dellatum. georgio cornario & marco dan dulo legatis. multisque expeditionibus factis. & bordelano ruminengo fontanella suncinoque philippo ademptis. ualem deinde camenicam & tellinam legati armis subegere & cum cornarius cum tribus hominum milibus presidio tellinam uallem optineret. picininus ab aduerse factio nis hominibus accersitus uallem tumultuose ingressus legatum ipsuz cum omnibus fere copiis exceptum oppressit. captique cum Cornelio plures armorum ductores insignes. demum nicolao estense ferrariæ do mino uenetias accedente uanetosque ad pacem adhortante his cōditio nibus composita est. ut philippus brixiani bergomensisq; agri locis de cederet. monferratensi principatum redderet. florentinis in uolaterano & pixano agro oppida restitueret. captiui utrinq; restituerentur. confe cta pace philippus omnem belli uim in eugenium pontificem cōuertit multæ interim expeditiōes hinc atq; inde. multiq; armorum conatus fuere. pontifexq; ita uexatus ut urbem relinquere coactus fuerit. per id

cremona pene capitur

carmignola truncatur

pax cuz philippo

tempus marsilius cararius francisci filius a philippo impulsus suborna tis quibusdam patauinis ciuibus urbem occupare adhortus est. & iam mutata ueste uicentinos fines attigerat sequenti die urbem ingressurus cū a quibusdam notus cū paucis sotiis captus uenetias perducitur ubi securi percussus est. de patauinis etiam coniurationis consciis suplicium sumptum. sfortia deinde a philippo alienatus eugenii pontificis & florē tinorum stipendia secutus eorum copiis preficitur. uenetorum autē sti pendio melita uir rei militaris peritissimus militabat. simul etiam man tuanus princeps omnium copiarum apud uenetos imperiū obtinebat multeq; ab his expeditiones cum picinino aliisq; philippi ducibus con fecte. cum mantuanus qui occulte cum philippo fedus percusserat. rem uenetam in apertū pene discrimen adduxit. picininus namq; philippi ex ercitus dux ascito in sotietatem belli principe mantuano foroliuio imo la rauena bononiaq; occupatis in parmensem agrum reuersus ingenti equitatu comparato: padum traiecit. & casalle maius & quicquid ueneti in cremonensi agro tenebant. breui recepit. deinde ad caualcatonē cum melita ueneti exercitus duce congressus eum fudit fugauitq;. ad brixiā deinde mouens urbem oppugnare adhortus est uerum eam franciscus barbarus pretor uir doctrina insignis ita strenue defendit ut eam hostis omittere nō sine suorū incomodo coactus sit. ad occupāda deīde castella circūquaq; posita picinin9 cōuersus ne comeat9 in urbē submiterent oīa longe lateq; populando nihil fere uenetis reliqui fecit. occupato magna ex parte mintio athesi benaco ne quicq̄ subuehi urbi penuria laboranti posset. ex athesi tamē naues quedā attracte usq; ad sancti andrę lacū in de in benacum apenetā. ad torbolum mirabili quadā arte. sorbollo quo dā cretensi auctore p montes demisse. rem uenetā nō parū adiuerūt. ue neti autē res suas maximo indiscrimine cernētes. nisi egregiū aliquē bel li ducem haberent. qui rebus pene perditis sucurerēt. iacobum donatū ad florentinos mittūt orantq; ut si rei uenetę & libertati italię consultū uelint. franciscū sfortiam cum oībus copiis mittant. florētini autē suo & uenetorū periculo moti. sfortiam adhortantur ut arma pro uenetis su mat. eugenius etiam ut sfortiam ad uenetum stripendiū deduceret. eū agri piceni marchionē declarat quibus pollicitationibus motus sfortia cum etiam a philippo de filia sibi tradenda dudum ludificatus fuisset. re nouato cum uenetis & florentinis in quinquenium federe cū suo equi tatu. in agrum ferrariensem descendens traiecto pado impatauinis ue netorum copiis auctus cum duodecim equitum milibus peditum quin q; milibus in agro ueronensi ad suaue hosti fit obuiam. ubi per aliquot. oras dubio marte acriter pugnatum est. cedente deinde picinino. sfortia. omnia breui de uicentinis & ueronensibus castella recepit & cum brixiā

marsili9 carariꝰ securi percutitur.

mātuani ducis defectio

uenetorum clades.

brixię obsidio.

nouum fedus cū sfortia & florentinis.

obsidione leuare studeret. alios interclusos aditus cernens. athesim traiecit & in tridentinum agrum mouens ad tenium oppidum peruenit. uenit & eo picininus ubi cũ acriter esset pugnatũ. picininus a reliquo exercitu seclusus magno accepto icomodo salutẽ sibi fuga q̃siuit. fuissetq; ab hostib9 capt9 nisi carol9 gõzaga se hosti iterponẽs illũ a tãto piculo liberasset q dũ. ducẽ seruare studet ipse ab hostib9 capit. & ueronã i carcerẽ dutus est. nec ob id piceini ferocia dessedit. nã paulo post cũ mãtuano principe celleriter mouens ueronam urbem inopinato accessu occupat. admotis ad muros scalis per citadellam. silentio noctis ingressus. sfortia autem captam ab hostibus ueronã intelligẽs eo propere omnes copias monit & per arcem sancti felicis in monte sitam ingressus: nã ea & castrũ uetus ad huc in uenetorũ potestate erat: structis aciebus magno impetu hostes inuadit pugnatũq; acriter ea parte urbis quam insulam uocant. demum cum piceninus & mantuanus princeps cũ suis copiis se ad pontem nouum recepissent. ibiq; exutraq; pte plurimi conglobati pugnarẽt. pons ligneus pondere nimio pressus concidit. submersiq; ferme omnes & pondere armorũ depressi. acurẽs deinde ad pontẽ nauiũ sfortia traductis copiis piceninũ & mãtuanũ ciuibus nihil mouentibus. urbe triduo post eam captam expulit. picenino postea in etruriam. aduersus florentinos philippi iussu accedente. sfortia superata ad benacum philippi classe non solum brixiam ex bergomum obsidione liberat. sed etiaз ad soncinum. eius copiis superatis captisq; mile & quingentis equitibus brixiana castella & partem cremonensis mantuaniq; agri ac totam glareaз ab duæ breui in uenetorum potestatem redegit. ademptis etiam mantuano principi asola. lonata & piscería oppidis satis magnis & munitis. sub id etiam tempus rauenna hostasio polentone eius domino uenetias cũ coniuge & liberis accedente. dedentibus ultro ciuibus in uenetorũ potestatem cõcessit. ad quã recipiendam iacobus antonius marcellus ex gallia accersitus cum quinq; equitum turmis accessit. apud tignanum etiam uicum. sfortia picenino obiuam factus cum eo conflixit pugnatũq; aliquandiu incerta uictoria. martinẽgũ inde profectus oppidũ firmo presidio munitum obsidione cingit & oppugnat. philippus autem tot cladibus circumuentus cum etiam apud burgum. a florentinorũ & põtificis exercitu uictus non paruam cladem accepisset. ad pacem inclinans. blãca filia cũ oibus fortunis in sfortiẽ fidẽ & arbitriũ coniectis. eusebio quodã caimo hinc indeq; comeante. pax aliquandiu ante inter phillippũ & sfortiã occulte agitata. ad caprianam hoc modo composita est. ut sfortia blanca philippi filia in uxorẽ ducta. cremonã cũ agro & pontremolum in dotẽ acciperet. ueneti piscariam asulam lunatam mantuani oppida retinerent. reliqua gonзage restituerent. phillippus nullum in brixiensi &

uenetorum uictoria.

uerona hostibus occupatur.

uerõa a sfortia recipitur

rauenna uenetis cedit.

pax cuз philippo.

bergomate agro ius haberet. eiq; omnia. in abduana terra oppida rede-
renť. pace in hunc modum declarata anno quadrageximo secundo qua- ſfortiæ cum coniuge ue netias acceſ ſus.
dringenteximo supra mileximũ. ſfortia cũ cōiuge uenetias uenit q a prin
cipe & uniuerso senatu honorifice excepti sunt. per id tempus procurato
rum numerus auctus est cum antea sex fierent tres aditi sunt. antibaris
in epiro urbs ab antonio diedo finus prefecto ui capta est & imperio ue
neto subacta. post pacem cum philippo confestam. ſfortia cremona do-
tis. nomine accepta. eaq; uenetorũ fidei comissa. in picenum duxit inde
in neapolitanũ regnum profecturus ad eas urbes recuperandas quas pa
ter sibi bello armisq; comparauerat. phillippus aũt egreferēs cremone
custodiã. agenero uenetis potius q̃ sibi comi ssam. aduersus eã urbē suas
dirigit copias. eamq; oppugnare adhortitur. ueneti aũt fidei ſfortiæ presti
te non imemores. misso ad philippũ alouisio fuscareno qui nisi a rebus
ſfortiæ abstineret ei bellum indiceret. eoq; a philippo non audito. micha
eletum atendulũ copiarũ ducem. in hostem confestim mouere iubent.
is autē cũ sex milibus equitũ totidēq; peditibus olio superato in cremo-
nensi ad casalē maius consedit. hostiq; impadana insula occurens cōser-
to prelio cum castris exuit magnãq; uim equitũ cepit. & liberata obsidio
ne cremona recupatisq; oppidis ab hostibus occupatis. uenetus dux au uenetorum uictoria.
cto etiã lodouici gonzagæ copiis exercitu. in geram ab dua mouens ni-
hil preter cremam & laudem philippo reliq fecit. inde copias fluuio tra-
ducens captis ex hostibus sexcentis equitibus incēdiis & rapinis oĩa pas
sim complentes ueneti duces mediolanũ usq; pueniũt. ubi ppe portas
iacobus antonius marcellus & antonius martinengus obrē benegestaʒ
equestri sunt dignitate donati ſfortia interim cũ in picentibus ab alfunsi
& eugenii armis premeretur. hostesq; sustinere non posset. ad philippũ
transiens eius copiis preficiť. alfunso & eugenio cum ad id adhortãtibus Sfortia ad phillippuʒ tranſit.
qui rem uenetã augeri iniquo animo ferebãt. magni q; hinc atq; inde bel
lorum conatus fuerunt cum Philippus Ventris profluio uita discesit
quo defuncto laudenses libertatis studiosi in uenetorũ fidem cessere. pla
centini & ipsi quatriduo post deditione facta se uenetis subiecerunt. mis
siq; eo cũ iacobo antonio marcello mile & quingēti equites qui urbi ps-
sidio essent. mediolanenses aũt magno animo belluʒ aduersus uenetos
suscipiũt. franciscũq; ſfortiã ex piceno accersitũ & magnis itineribus cre- Philippi mors.
monã proficiscentē. exercitus & copiarũ oĩum ducē in uenetos deligunt.
q̃ pado castellis & machinis munito ne ueneti s aditus ad placentiã pate
ret. ab duã amnē ad picigitonũ traiciēs nõ longe ab hostibus ad carava-
giũ castra locat. eius aduētu papiēses sumptis aĩs se urbēq; ſfortiæ dedũt
inde frãciscus mouēs. oĩ fere galliæ militiæ in unũ robore cõtracto. placē
tiã firmo uenetoꝝ psidio mũitã adhoriť. pteqʒ muroꝝ tormētis demo-

lita.terrestri & nauali oppugnatiõe crescente padoi ta ut nauigia menib9 appellerent. urbē cepit. captaq3 militib9 dirripiendā dedit. ueneti ēt p padi flueta. ualida classe andrea quirino pfecto in missa. cremonenses fines nō parū uexabāt. in eā sfortia expugnatis primū quibusdā in cremonēsi agro & hiera abduæ castellis. terra & a qs mouit. & eam retrocedere ad casale maius coegit. eoq3 secutus hostis crebris tormētorū ictibus uenetā classem ita disiecit ut quirinus desperatione actus incensa clase ne ab hostibus caperet. efusa fuga se in pximū oppidū receperit. pfectus inde hostis ad carauagiū firmo uenetorū psidio munitu3 castra leeat. mouet & eo atendulus uenetoꝝ dux. & leuibus aliquot comissis preliis. demū ad sumā dimicationē uentū est. hermolao donato & girardo dandulo legatis adopem carauagianis ferendā adhortantibus. pugnatū acriter p aliquot horas dubio marte. tādē uia paludibus coartata iniquitate loci uenete copie circonuēte. cū neq3 pugnare neq3 cedere in tā angusto loco hostibus undiq3 instantibus possent. in fugā uertunt. tūc uero cedentē hostē sfortia insecutus castris opulentissimis eū exuit. octo equitū peditūq3 milia cū ipsis legatis. i hostiū ptātē uenerūt. ide sfortia brixiā mouēs urbē obsidiōe cingit. ea clade ueneti comoti. ut a se tantā belli molē auerterent cū sfortia agūt q iā mediolanēsibus suspectus esse ceperat. ut dimissa brixia oēs suas uires mediolanū couerteret. ei ad eius dominiū cōseq̄ndū auxilia & copias pollicētes. sfortia igit cū uenetis fedus his cōditiōib9 iniuit ut quicquid ultra abduā padūq3 caperet. ipse haberet. quicqd uero citra uenetoꝝ esset. haberetq3 franciscus auenetis & florentinis singulis mēsibus decē aureoꝝ numū milia. inito in hūc modū federe. sfortia abdua supato in mediolanēses mouēs breui oēs fere eoꝝ ciuitates in deditionē recepit. cremaq3 sub id tēpus in uenetoꝝ fidē cōcessit. interi3 sabaudiæ dux q cū mediolanēsib9 in sfortiā fedus iniuerat cū sex barbarorum milib9 cōpēsio duce in italiā descēdens in nouariēsi agro cōsedit. in eum bartholomeus coleo. cū iacobo antonio marcello a uenetis missus mouit. & ad scicidiā fluuiū cū barbaris cōgressus. eos fudit fugauitq3. ād qngenti equites cū ipso cū pensio capti. sfortia interim ad mediolanū obsidēdū urbēq3 fame domadā studebat uerū cū ueneti aīaduerterent si mediolāo sfortia potiret. fore ut aliqn̄ eū nimis potētē hostē haberēt. temptarūt inter mediolanenses & sfortiā his cōditionib9 pacē cōponere. paschalc malipetro & ursato iustiniāo legatis ad id missis. ut oēs fere urbes quæ philippi fuerāt preter mediolanū & laudā. frācíscus haberet. eā aūt cū ille repudiasset. ueneti cū mediolāēsibus fedus in cunt. militesq3 suos reuocāt. sfortia autē ad bellū suis auspiciis in genti aīo suscipiendū cōuersus cōtinuata in mediolanu3 obsidiōe. florentinoꝝ & cosmi medicis ut dicit. pecunia adiutus. media hieme post multas illata acceptasq3 cla-

sfortia placētiā diripit.

uenetaclassis ī pado disiecta.

uenetorum ad carauagium clades.

nouum sfortie cu3 uenetis fedus.

bartholomeus coleo sabaudienses uincit

pacis conditiones sfortiæ oblatæ.

des aduersante etiam alfunso rege qui mediolanum hereditario iure sibi deberi dicebat. mediolanēsib9 famæ adestremū discrimē adductis ob id q̄ leonardo uenerio ueneto legato a populo trucidato urbe tādē potit. an no q̄dragexiōnono q̄dringētexio & milexio. ueneti āt inito cū alphūso fe dere. & sigismondo malatesta caroloq3 gonzaga egregiis copiarum ducibus mercede conductis. & sabaudiæ duce marchioneq3 monfera- tense in socios acceptis. in sfortiam mouent. ille autem florentino- rum amicitia fretus. sumptoq3 belli socio lodouico principe mantuano bellum constanti animo sustinet. per id tempus federicus imperator. cū3 leonora cōiuge ad īperii coronā accipiendā romā ꝓfecturus: in italiā descendit q postea domū rediēs accepta a pōtifice corona uenetias acces sit & a principe & senatu honorifice exceptus est. ueneti aūt abeunte im peratore cōparato īgenti exercitu cremonēse3 agrū adhorti oīa lōge la- teq3 populātes. suncinū & alia uicina loca expugnant. aliquotq3 hostiū turmas capiūt. ueru3 supueniēte lodouico pricipe mantuano. & in agrū brixiensem mouente. ea loca preter suncinu3 & carauagium sunt ab ho ste recepta: multe postea hinc adq3 inde expeditiones. uariiq3 armorum conatus fuerūt. uerū alia maior cura uenetos incessit. bixantii nāq3 a tur coꝝ rege expugnatio p id tp̄s nūciata est. totaq3 urbs abarbaris direpta multi mortales occisi. plurimi in captiuitatē ducti exqbus septē & q̄dra ginta ueneti patricii ordinis fuisse dicunt. miserāt paulo ante ueneti ad eius urbis subsidiu3 triremes plurimas. ueru3 sera nimium auxilia fue runt. interim alfunsus rex ferdinando filio cum ualidis copiis in floren tinos misso. hetrusca res non parum uexabat. cum sfortia & florentini renatum regem ad neapolitanum regnum unde pulsus fuerat. reppe- tendum. multis pollicitationibus accersitum in uenetos concitat. cu- ius accessu eiusq3 non paruis copiis sfortia auctus ex brixianis & bergo matibus aliquot castella in deditionem accepit. demum uenetis & flo- rentinis diutino bello fessis. sfortia etiam ad id inclinante. simoneto or dinis heremitaru3 ultro citroq3 comeante. pax his conditionibus confe cta est. mileximo quadregenteximo quinquageximo quarto. ut quecuu que preter geram abduæ cuiusque ante id bellum fuissent. redderentur castellionum de florentinis alphonsus retineret. si qua deinceps discor dia orta esset. pontifici cognoscenda relinqueretur. His clarissime gestis ciuitateque & pubicis & priua tis edeficis non parum aucta. nam & geor gii fanum & zacarie edes per id tempus fundari cepta est. & lazaretum nouum ad purgandam peste ciuitatem instructum. multa q3 alia specio sissima edificia cōfecta. fuscarus dux cum annis circiter triginta sex. rei pu. prefuisset & ob senium paru3 reipu comodis proficeret. illi adhuc ui uenti pasqualis malipetrus subrogatus est. franciscus nouo principe cre

sfortia medi olano potit'

bixātii amis sio.

pax cū3 sfor tia.

ato. dolore ut dicitur confectus. paulo post expirauit. defuncto ducariis insignis benemereti restitutis. adminorum edem. principe comitante ho norificentissime elatus est.

Paschalis malipetrus. Dux. LXVI.

p Ascalis malipetrus fuscaro adhuc uiuenti. dux suffe ctus est. anno milleximo. quadragenteximo quinqua gexímo septimo. uir integritate & moribus clarus. eo declarato lege cautum est. ut qui semel dux electus fu issent. quousque uiueret ea dignitate priuari non posset nisi alicuius flagitii conuinctus fuisset. malipetrus autem pacem afusca to acceptam. domi forisque inuiolatam usque ad ultimum uitæ diem serua uit. fuitque eius principatus omni ex parte felicissimus cum princeps ipse. in primis Paci studeret. Religionem colleret. Bonis faueret. Flagi tiosos insectaretur. iustitiam denique inuiolate seruaret. eius tempore in primendorum librorum in italia tūc primū ratio inuenta est. quæ pcedēte tē pore ita uagata est ut totum fere orbem terrarum repleuerit. & cum an nos quatuor mensis sex. rempu. administrasset malipetrus cuita discessit & ad gemellorum edem houorifice sepultus est.

felix ciuitatis status.

Cristophorus maurus dux. LXVII.

c Ristophorus maurus. malipetro successit anno mile ximo quadrigenteximo sesageximo secundo. eius secun do ducatus anno cum othomano turcorū rege bellum est susceptū. is enī cū multas clades in grecia & aliis euro pe regionibus cristianis intullisset. peloponessum etiam sibi armis uindicauit. ueneti aūt ut illius uictoriæ cursum remorarentur classem sub uictoris capelli imperio compararūt. terestres etiam copias bertoldi estensis ductu. multisque cum eo illustribus copiarum ducto ribus in peloponessum missere. & primum argos in greciam urbem. ue tustate insignem adhorti expugnant diripiuntque. inde quibusdam ali is ignobilioribus oppidis occupatis cum quindecim milibus hominu3 ad ithsmum perueniunt. affuit & alouisius lautedanus cum ualida clas se. & arduu3 opus aggressi Q uatuordecim dierum spatio Totam isthi mi longitudinē q̄tuor passuum miliū numero. muro fossaque muniuere opere perfecto ualidoque præsidio munito. bertoldus cum copiis ad cor intū mouit. eūque oppugnare adhort9: ibi cū bellico opi daret operā. dux ipse saso supne iniecto pculsus paulo post expirauit. cui9 morte cōsterna

prima impelo ponesso i turchos ex pedicio.

Bertoldi mors.

ti cristiani milites corinpto non sine cede depulsi isthmum etiam relin⸗
quere coacti sunt. per id tempus intergestinos etiã sunt arma illata. cau⸗
sa de uectigalibus inter teriestinos & iustinopolitanos orta. missisq; an⸗
tonio martiano cũ aliis plerisq; armorum ductoribus tergestum obsi⸗
deri ceptum. preerat castris uitalis landus & iacobus antonius marcel⸗
lus utini prefectus legatorum nomine qui parte muroruz demolita sca
lis muro admotis urbem oppugnare tentarunt. sed re parũ feliciter mo
ta. urbs est strenue defensa. tenuit deinde obsidio aliquot menses. tenuis
setq; diutius. sed pius pontifex tergestinoruz periculo motus: fuerat enĩ
eorum antistes: cum uenetis egit ut ab iniuria abstinerent certisq; condi
tionibus tergestini bello liberati sunt. in maritimis uero ursatus iustinia
nus qui alouisio lauredano ad imperium maris successerat cum triginta
triremibus mithilenas concessit. urbemq; oppugnare adhortus est. un⸗
de repulsus tellorum multitudine crebrisq; uulneribus militibus affli⸗
ctis magna accepta clade inde discessit. nunciata deinde turcoruz nume
rosissimæ classis appropinquatione ursatus ex mithileno in euboeaz ue
nit inde in peloponessum delatus. ibi dolore: ut dicitur: confectus paulo
post obiit. uir & magnitudine animi & sumptuositate clarissimus. i ei9
locum. iacobus lauredanus ad imperiuz maris est missus. & paulo post
sigismundus malatesta cum mille uiris secutus est. pio pontifice cuz ue⸗
netis pannoniæ rege & burgundiæ duce bellum in turcos molientibus
& primum sparta est obsidione tentata. uerum capto oppido ars ob ua
lidum turcorum presidium expugnari non potuit. tentauit deinde lau⸗
redanus superatis dardanullis castellis ad elesponti adituz sibi ex aduer⸗
so respondentibus in gallipotanam oram impetum facere. classe eo ap⸗
pulsa. accidit. ut triremes cui iacobus uenerius prefuit uello & remis in
nixa per crebros machinarum ictus angustias euaserit. uerum ea pluri⸗
bus ictibus concussa. & inapertum discrimen adducta. tota classis peri
culo commota ac perterita cursum auertit. uenerius autem ubi se inter⸗
clusum & a tota classe destitutum uidit. suos adhortatus sub obscuram
noctem conuerso cursu tacitus retro in hostem paulatim nauigans pre⸗
ter omnium spem incolumis ad suos rediit. sub id tempus pius ponti⸗
fex suam in turcos expeditionem iam antea. in mantuano conuentu de⸗
cretam soluturus. anconem profectus est. ingenti hominum ui ex gallia
& germania ad tam piæ expeditionis famam confluente. cristopho⸗
rus maurus princeps cum decem triremibus optime instructis. ut so
cia cum pontifice arma iungeret. eo accessit. Sub eius appulsum pi
us lenta febri afflictatus moritur post cuius obitum. Tantam belli
molem Veneti suis uiribus soli substinuere. Multique hinc atque
inde in marittimis bellorum conatus fuere. incontinenti uero in ita⸗

tergestinũ bellum

pius põtifex anconẽ con cedit.

maur9 dux anconẽ cuz classe acce⸗ dit

lia Bartholomeus colleo armorum dux ea tempestate insignis subito impetu cum ingenti equitum peditumque ui in flamminiam erupit. Ab Angelo Actiolo & Nicolao sudorino florentiæ extorribus impulsus. & galeatio mediolanensium duce & ferdinandi florentinorum q; copiis obuiam factus. ingentibus uiribus est utrinq; concursum. pugnatúq; ad molinelam in bononiẽsi agro federici urbinatis auspiciis ita ut uix antea unq̃ ex cuiusq̃ memoria maiore in italia contentione certatum fuerit. maiorq; hoīum strages edita fuerit. ueneti autẽ ueriti ne colleonis copiis deletis omnem belli molem in se uerterent. cohortibus aliquot illi in supplementum missis enixe curarunt ut cōfecta pace colleo exercitum incolumen in galliam reduceret. per id tempus nicolaus canalis qui alouisio lauredano ad classis imperiũ successit. methonem cōcessit atq; in euboeam classe nouis supplementis aucta. in lemnum trãsiit & cum sex & uiginti triremibus oenum oppugnare adhortus. scalis ad muros admotis refractisq; portis oppidum expugnat. ac diripit maiorisq; ex parte incendio absumit. multis cesis. plurimis in captiuitatem ductis. maribus & feminis miserabiliter uexatis nullũ est in eos crudelitatis genus pretermissum. noua deide folia canalis agressus ui cepit & diripuit. interim allatum est centum & ultra turcorum triremes circa tenedum esse & quottidie illic nouis supplementis classem augeri. ex calcide igitur canalis excitus in lemnum transiit. hostium classis primum scirum. adhorta expugnat inde in euboeam transmissit ubi seoram insulæ oppidum & baxilicũ expugnat ac diripit. canalis interim priusq̃ hostis omnia occuparet tribus triremibus premissis calcidem comeatibus muniuit. hostis postea calcidem aggressus urbem oppugnaturus pontem euripo iunxit. classisq; ualidissima quæ nauis tercentas habuisse dicitur ex hisq; triremes centum & amplius. ad urbem primo admota est. pauloq; post othomanus rex cum centum & uiginti millibus turcorum affuit. copieq; in insulam per pontem traductæ urbem corona cinxere. machinisq; ingentibus pluribus in locis ad muros admotis. triginta circiter dies tenuit obsidio quo tempore hostis ter totis uiribus urbẽ oppugnauit & cum maxima suorum strage a menibus ẽ repulsus. ferturq; ex hostibus in illis oppugnationibus ad triginta & amplius millia interempta fuisse. canalis interim ex grecia digressus cum honerariis septem comeatibus instructis. Et reliqua classe quæ ad quadraginta triremes na uesque plurimas. tunc habebat. ad calcidis subsidiũ profecturus ad euripi angustias circa lauretum consedit cuius aduentu ita territus Othomanus dicitur. ut de obsidione dimittenda & fuga capescenda cogitare ceperit fecissetque nisi ob Asiatieæ ore prefecto fuisset admonitus si inde discederet. Futurum dictitante. ut Milites classemque uno

ingens ad molinelam pugna

oenum a uenetis capit

calcidis obsidio

tempore. in maximum discrimen adduceret. quin potius ultimam fortunam experiendam. urbemque atrocissima oppugnatione terra marique aggrediendam. quod consilium secutus rex sub occasum solis ex euripo classe menibus admoueri iussa. ipse terrestribus copiis totis uiribus urgentissime urbem oppugnare adhortus est. canalis interim cum triremibus nauibusque omnibus paucis exceptis quæ nondum appullerant põti appropinquauit. & quia ueneti erant secundi necessitasque admonebat. omnes fere clamabant haud diutius cunctandum. opemque afflictæ urbi tanto in discrimine ferendam. ferunt etiam picemanos fratres honerariæ unius prefectos. si ab imperatore sibi signum datum esset. se cum sua naui erupturos pontemque confracturos professos fuisse. idque a canale denegatum quod diceret uelle se in posterum diem rem differre. ut reliqua classis adesset. tum uero urbem atrocissima oppugnatio terra marique uehementer fatigabat. multique in urbe mortales tum sagittarium multitudine tum crebris tormentorum ictibus cadebãt. erat leonardus calbus prefectus urbis paulus erizus pretor ioannes bõdimerius legati nomine aliique patritii plerique qui per stationes obeundo propugnatores & miseros ciues ad pugnam adhortantur. uerum cum nullum sibi a ueneta classe auxilium afferri uiderent. fracti animis uix amplius hostes substinere poterant. & demum nigris signis sub primam lucem in summa turri prefixis ultimum discrimen testantibus. neque ob id classe aliquid monente cũ per totã noctem sine intermissione usque ad lucem oppugnatio protracta esset. circa secundum diei horã miseri calcidẽses uulneribus inedia priuilegioque confecti cũ amplius nõ possent. nudos muros hostibus reliquerunt. eos barbari ascendunt urbemque ingressi longe lateque unũquemque obuium cedentes ingentem hominum stragem fecerunt. cedesque tota urbe uagata. magistratus. alii alio loco cesi. omnesque ẽt puberes obtruncati. capta calcide othomanicis signis in turribus conspectis canalis paucis diebus sed parũ mature classe aucta. quæ centum habuit triremes. hostiũ classem pda honustã. chium usque secutus est. othomanus ãt terrestri itinere ualido ad calcidẽ presidio relicto ex insula excesserat. hostes deinde tenedum prouecti; elespenti angustias superarũt classemque domũ icolumen reduxerunt. interim canalis de calcide inuadẽda consilium cepit tentauitque urbem inopinato accessu recuperare ioanni trono nicolao molino federico iustiniano datum negocium ut classe insulæ admota ipsi in terram digressi urbem inuaderent. sed premature ĩ hostem inuecti multitudine hostium circunuẽti. ducẽti & amplius momento temporis ferro oppressi sunt. & cum his ioannes tronus reliqui qui in terram egressi erant. in fugam uersi se trepide ad naues recepere. & ita re infecta classis inde discessit. Veneti calcidis expugnatione audi

calcidis amissio

ta.canalem abrogato imperio uenetias reuocarunt & obrem male gesta causam dicere iubent. pettrus mocenigus ei subrogatus est. qui non multo post cũ tribus triremibus affuit. ei marinus malipetrus & alouisius bembus legati sunt additi. ut cum eis cõmuni consilio rempub. administraret. per id tempus ceptum est de pace cũ othomano agi per ei9 nouercam cristianam feminam data uenetis spe pacis conficiendæ quæ ob id unum ex domesticis uenetias missit. significans si ad othomanum legati mitterentur fore ut honestis conditionibus ueneti pacem habere possent. missi igitur nicolaus cochus & franciscus capellus qui bixantiũ profecti de pace tractarunt. uerum cũ conditiones non placerent. domũ reuocati sunt. capellus in febrem incidens bixantii decessit. his rebus gestis maurus princeps cũ annos nouem mẽses sex reipu. prefuisset. ex humanis decessit & ad iobi edem dellatus est. cuius cenobium eius priuato sumptu instructum est.

Nicolaus tronus Dux. LXVIII.

n Icolaus tronus successit. anno millexímo quadringentesimo septuagexio primo. sub primo huius regiminis tẽpore. ueneti missis ad pontificem & ferdinandum regẽ legatis postularunt ut in turcũ cõem cristianorum hostem bellum compararent. a quibus legati benigne accepti & auxilia pro uiribus promissa. interim pettrus mocenigus classis imperator egeas insulas perlustratus. non nulla turcorum loca ferro igniq; uastauit. ingentẽq; exhis predam abduxit. stephanus deinde malipetrus & uictor superãtius legati ad eum accesserunt. nec multo post pontificis legatus cũ classe quæ uiginti habuit triremes affuit. a ferdinando etiam triremes decez & septem acceptæ sunt. a rodiensibus due. uenetorum autem sex & quadraginta fuerunt. ita ut uniuersa classis quinq; & octuaginta triremium numerum expleret. tam numerosa classe hostium littoribus appulsa. inter duces constitit athaliam pamphiliæ urbem subita oppugnatione tẽtare. sed eorum conatus irriti fuerũt. urbẽ nãq; ingressi. non sine suorũz strage a barbaris repulsi sunt. qua ĩ oppugnatõe rodiaee classis prefect9 saxo ictus concidit. sub id tempus usunasi9 parsaz rex aduersus othomanũ cũ uenetis socia arma adiũxit. ad id catarinus zenus legatus ad regez est missus. in italia etiam borsio estense defuncto Veneti herculem eius fratrem. nauibus milite pecuniaq; adiutum aduersus nicolaum eius ex fratre Leonello nepotem in amplissimo ducatu locauere. in Vrbe uero argenteus nummus a principe tronus appellatus alio sublato quẽ grossum uocabant cum imagine ducis expressa. cudi ceptus est. interim mocenigus cum pontificis legato smirnam nobilissimã oliz ioniæ

fœdus cum usunasio p. sarũ rege

urbem expugnat ingentiq; inde preda ablata urbs est incendio absum- pta. sub id tempus marcus cornarius magni animi uir caterinā filiam a ueneto senatu prius in filiam adoptatam. iacobo ciprio regi in matrimo nium locauit. missisq; a rege uenetias legatis cum tribus triremibus ī ci prum puella ad regē est missa. nec multo post usonasius rex cum turcis conflixit. & europeæ ore prefecto quem bassam uocāt. interempto ingē ti prelio teucri primo impetu uicti non paruam cladem acceperunt. po- stero inde die parsarum rex othomani castra aggressus machinis & tor- mentis ualde cōmunita. crebrissimisq; tormentorum ictibus confectus non minorem q̄ pridie hosti intullerat. ipse accepit cladē. persæq; relictis castris fusi fugatiq; cum rege ipso se in armeniæ montes receperunt. mo cenigus postea iacobi cipri regis morte audita ex cilitia in ciprum cōces- sit. ubi puerum ex regina ortum. ex baptismi lauacro sustulit & regno p̄ sidio relicto. regniq; administratione iacobo cornario reginæ patruo cō- mendata. inde discessit. hec troni principis tempore gesta qui cum anno uno mensibus octo reipub. prefuisset decessit. & ad minorū edē elat⁹ ē. mocenigus smirnam di ripit

Nicolaus marcellus Dux. LXIV.

n Icolaus marcellus ducali dignitate decoratus est anno se- ptuagexímo tertio quadtingentexímo & millexímo. sub prima huius administratiōe cipri insula nouis motib⁹ agi tari cepta ē. conspirarunt quidā catholanici sanguinis ui ri cipri insulæ extorres & in his ciprius quidā antistes qui sub regis mor tis tempore apud ferdinandū regē legati munere fungebatur. is āt ani- mum adiciens ad regnum per tirānidem occupandū eū ferdināndo egit ut se auctore iacobi regis filiam spuriam filio suo & ipsi noto matrimo- nio locandā curaret. ad quod negocium conficiendum. antistes duabus triremibus a rege missus in ciprū nauigauit. ciprii cōspiratione cū antisti te inita sumptis noctu armis polizapā cipriū & regine medicū ī ipsum re ginæ cubiculū obtrūcant. & andreā cornarium fugientē. cū marco bem bo nepote īter duos muros arcis interimunt. inde regiam coniurati ag- gressi regis filiam puberem ferdinandi regis noto despondent. a reginæ autem iniuria manus abstinuerunt. eam tamē iubent ad mocenigū scri- bere andream patruum ob suam auaritiam ob negatum stipendium a militibus cesum. apud se autem liberam regni administrationem esse ci priosq; omnes in fide & officio permanere. mocenigus autem de ciprio- rum nouitate certior factus uictorem superatum legatum cum aliquot triremibus in ciprum premissit. Cuius accessu Regina in spem ere- cta non parum recreata est. coniurati contra rebus suis timētes accepta a legato fide culpam cedis in cornarii auaritiā conicientes pollicētur se in

noui cipri i- sulæ motus

andreas cor narius truci datur

priſtina reginæ & uenetorū fide manſuros. Interim mocenigus periculo
rei motus triremibus quæ alexandriam & ſiriam ad negociationem exie
rant retentis hiſq; cretenſibus militibus repletis. & cum his honerarias
oēs quotquot nact9 eſſet. naueſq; oēs ex proximis urbibus & inſulis ac
cerſitas in ciprū mittit quo armoꝝ apparatu ualideq; claſſis aduentu au
dito cōiurati perterriti cipri inſula exceſſere. nec multo poſt Mocenigus
affuit qui inſula pacata. eos qui cornarie cedis conſcii fuerāt. capitali ſup
plicio affecit quoſdam etiam in exilium egit per id tempos othomanus

ſcodræ obſidio

rex qui ad italiæ regnum anelabat ſcodram albanicæ regionis caput op
pugnare adhortus eſt. miſſo igitur eunucho qui europeæ prouīciæ pre-
erat. acceerſitiſq; omnibus prouinciaꝝ circa elespontū ducibus. ad octua
ginta millia armatorum contraxit. & boliana ponte iuncta urbem obſi-
dione cinxit. ingentibus deinde machinis ad muros admotis. crebris tor
mentoꝝ ictibus menia conquaſſare cepit. mocenigus audita ſcodre ob-
ſidione. continuo corcirā uenit inde incontinētem tranſiit & boliane ho
ſtium ingreſſus. triadanū gritū ſucceſſorem ſuuȝ cum ab alouiſio bēbo
lagato inueniens. ſtatuit cōi eū eo conſilio rempu. adminiſtrare qui con
tractis totis fere prouinciæ in unū iuribus. cernuniehio q; illirici ducus du
ce in ſocietatē belli accepto. omnia officia ſtrenue obibāt quæ ad ſcodrā
tam graui obſidione leuandam pertinerēt. erat tūc urbis pretor antoni
us lauredanus inuicti animi uir qui preſenti conſilio oīa circum ſpiciens
nihil pretermittebat quod ad ſeruandam urbem ciueſq; in officio & fi-
de continendos conducere arbitraretur. Barbari autem proſtratis ſco-
dræ menibus poſtq̄ ſcodrenſes ad deditionem cōpellere nequiuerūt. ur
bem armis oppugnare adhorti ſunt. & primum oppidū corona cingen
tes per murorum ruinas munitiones ſubire conabantur. ſcodrenſes āt
conſtanti animo hoſtes excipiētes tellorum multitudine ſaxiſq; ſuperne
deiectis & uimineis uaſis ardentibus in hoſtes demiſſis fœdiſſimā eorū
ſtragem fecerunt lauredano ipſo prefecto omnes ad pugnaȝ inuicto ani
mo ſuſtinēdam patriamq; ab immaniſſimo hoſte defendendam adhor-
tante. demum cū pplures horas acerrime pugnatum eſſet. nec aliquid
barbari proficerent. uicti propugnatorū uirtute. retro ceſſere. ad quinq;
millia ī ea oppugnatione hoſtiū periiſſe dicūtur. ad obſidioneȝ deinde
continuādam barbari conuerſi. urbem fame domare ſtudebant. ueneti

ſociale bellum cū mathia pannoniæ rege

autem cū mathia pannoniæ rege ſocia aduerſus turcos arma iunxerunt
ob idq; legatos franciſcum ueneriū & ioānem emum cum annuo ſtipen
dio ad regem miſſerunt. is autem ſumptis armis tantum terroreȝ otho-
mano iniecit ut eunuchū a ſcodrenſi obſidione reuocauerit. mocenigus
ſoluta ſcodræ obſidione uenetias conceſſit. paulo poſt triadanus gritus
claſſis imperator catari occubuit. lauredanus ob ſcodram ſeruatā a prin

cipe & patribus laudatus equestri est dignitate donatus. marcellus autē cum annum unū menses tres principatū tenuisset. eximiæ pietatis & ino centiæ uir uita discessit. cuius in erario publico conseruando maximum in primis studium fuit eius sepulcrum in ede diue marinæ marmoreo la pide instructum inuisitur.

Petrus mocenigus Dux. LXX.

p Etrus mocenigus successit. sub eius administratione anto nio lauredano maris imperium est dellatum. teucri paulo post cum triginta hominum milibus neupatum obside re adhorti sunt. quod primum oppidanorum. uirtute est defensum. mox lauredanus cum ualidissima classe affuit. multaq; cū ho ste tumultuaria plia sunt comissa. mēses q̄ttuor tenuit obsidio cum inte rim lauredanus comeatum arma militem oppidanus affatim sub mini strarer: & cu3 nulla potinudi oppidi spes subesset. fatigatus bello hostis abiit. i maritimis uero othomanica classis lemnum insulam agressa est. tormentisq; ad muros admotis. oppidum est oppugnatione tentatū. ue rum maturo lauredani cū classe accessu. hostes soluta obsidione deducta in altum classe abierunt. mocenigus princeps cum anno uno mensibus duobus reipu. prefuisset morbo quem antea ex boliana contraxerat. ex cessit & in gemellorum ede sepulchro marmoreo situs est. neupacti obsidio.

Andreas uendraminus Dux. LXXI.

a Ndreas uendraminus dux declaratus est. āno milesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. sub eius tem pus in epiro adocto turcorum milia croiam adhorti p to tum ferre anum obsidionem perseuerarūt. ueneti ut cro ianis laborantibus opem ferrent. addu o milia armatorū missere. in qui bus plerisq; armoꝝ ductores nō instrēui fuerūt q cu3 hoste cōgressi prio impetu eos fuderūt fugarūtq; & coꝝ castris potiti sunt. ad predā deinde discurentes oīa longe lateq; populati sunt. uerū ea letitia breuis oīo fuit barbari nāq; in uenetos milites cohorti. pallantes & in agros sine ordine uagantes ac preda impeditos circūsistūt ingentēq; eorū stragē edentes epiroticū equitatū. inde latinos equites in fugā uertūt. eos barbari passi3 totis campis insecuti trucidāt interimūtq;. ad mile & amplius ea pugna oppressi dicuntur & cū his franciscus cōtarenus legatus aliiq; armoru3 ductores pleriq;. nec mlto post in italia alia maior accessit uenetis clades ad decem namq; & amplius turcorum milia amarbego bassa duce lisun tio flumine superato foroiuliensis patriæ fines tumultuose muaseruut. ueneti autem bina castra altera gradiscana altera foliana muro fossaq; croiana obsidio. uenetorum clades.

circundata ualido presidio comuniuerat. ad hec equitum triamilia pedi tesq plurimos ad incursus hostium euitandos miserant. preerat omnibus copiis hieronimus nouellus ueronensis. erantq alii armorum plures ductores insignes. constitit inter eos aperto campo cum hostibus confligere. omni igitur equitatu in tres turmas diuiso in hostes ferociter inuehuntur. barbari uero plurimis in insidiis locatis primum fugam simulantes. inietto certamine cedendo sensim ad insidiarū locum. latinos equites trasserunt. teucri de industria cedere. cedentes ueneti in sequuntur. & iam ad insidiarum locum propemodum uentum erat. tunc uero barbari retrouersi. prelium ferociter instaurant. du3 uero totis uiribus pugnatur. tunc ex licinisii monte magna turcorum uis ex insidiis cohorta ingenti strepitu. in subiectam turma3 efunditur. tantusq pauor ea eruptio ne est uenetis iniectus. ut momento temporis cedere coacti sint. eos cedētes ferox barbarus in sequitur ac fedissima strage prosternit. sicq prima turma obruta est omnesq ferre cesi. relique turme prime aciei stragem cernentes cum nulla reliqua spes subesset. quasi uicti fugam capescunt eos barbari in sequūtur passimq prosternunt. & ad mossam usq clades protracta est. ingensq edita strages. ceciderūt ea pugna hieronimus nouellus iacobus baduarius ac plericq alii uiri illustres: reliqui preter paucos qui relictis equis & armis abiectis in proximos montes habiere. ferre omnes capti. ea clade illata barbari quicquid uilarum inter lisuntium & tiliuentiu3 amnē fuit. hostiliter conflagarunt. multisque mortalibus in captiuitatē ductis ingentē inde predam ab duxerunt. & quia terra maricq copie ex urbe adostiu3 incursus euitandos aduentare dicebantur. cōtinuo italiæ finibus excessere. ueneti ea clade accepta nauigia aliquot sagitariis plena & ex taruisino agro aliisque proximis locis plures equitum turmas in hostes miserunt. sed ea tunc cum iam hostis habiisset. missi sunt etiam dominicus georgius. zacarias barbarus. iouanes emus & candianus bolanus. uiri prestantes qui inspicerent quo pacto barbarorum incursibus tutius obuiam iri posset: constititque inter eos gradiscana castra non solum ualido presidio armisq sed uallo etiam fossaque munienda. georgius in ea legatione utini occubuit. carolus mōtonius uir rei militaris insignis qui anno ante fuerat exauctoratus. ex hetruria reuocatus. eo missus est. cuius opera patria ipsa. ab hostium incursibus per aliquot annos strenue defensa est. uendraminus autem cum eius tempore respub. huiusmodi perturbationibꝰ uessata fuerit. fuit priuatē alioquin felicissimus. nam & opibus fluentissimus fuit. filiosque habuit plures uirtute & moribus prestantes. quos omnes suis facultatibus ditauit. sex etiam filias cum amplissimis dotibus uiris primariis nuptui collocauit. & cum annū unu3 menses octo reipu. prefuisset ex uiuis

uenetorum ad lisuntiu3 clades.

Hieronimi nouelli mors.

deceſſit & ad ſeruorum edem honorifice ſepultus eſt.

Iouannes Mocenigus Dux.LXXII.

i Oannes mocenigus petri principis frater. dux ſubrogatus eſt. ãno milleximo q̃drigẽteximo ſeptuageximo ſeptimo ſub prio eius regiminis tp̃e croiani fame domiti cum per anum & amplius ibi obſidio ſine intermiſſione tenuiſſet. deditionem fecerũt. pauloq̃ poſt othomanus rex. longe atrociore quam quatriduo ante oppugnatione ſcodram adhortus eſt. alibegus namque aliqnanto ante cum quindeciʒ bellatorum milibus. & aſiaticæ ore prefectus cum paulo minoribus copiis conſedit. nouiſſime uero rex ipſe othomanus affuit. qui bellicis operibus ad demolienda menia cõtinuo admotis urbem corona cinxere. erat pretoris & legati nomine antonius legius. aderantque mercenarii milites ad octingenti. diſiectis menibus bix hoſtes oppidum oppugnarunt. omnibus fere inſtrumentis quibus in priore obſidione uſi fuerant. uerum eo fedior utrinque ſtrages edita eſt. quo obregis preſentiam maiores omnino ab hoſtibus cõatus fuerunt. ſcodrenſibus neque mortem neque uulnera formidantibus. inuictoque animo hoſtium impetum ſuſtinentibus. demũ uicta hoſtis pertinatia. cũ ſibi eo cum hoſte rem eſſe cerneret qui mori malet quam cedere. ſuos reuocari iuſſit. prorſuſque inde apugna abſtinuit. perſeuerauit tamem urbem obſidere. & ut uenetos pluribus locis ueſſatos aſcodrenſi auxilio auerteret. in foroiulienſem patriam circa ſonciacas munitiones cum triginta barbarorum milibus. hoſtis tumultuoſe erupit. & explicata acie carolum montonum. ad pugnam euocare. ille autem preterite cladis memor. nihil eſt temere auſus ſed ſuos intra uallum ſtricta acie contines hoſtes ad longum diem uana expectatione detinuit. & cum uenetum ad pugnam elici non poſſe comperiiſſet. non auſus ultra progredi. hoſtis retroad radices montium agmem conuertit. maumethus interim ſcodram obſidere perſeuerabat. tenuitque obſidio illa menſes plures quo tempore aſiaticæ ore prefectus driuaſtum cepit. inde ad quingentos oppidanos in ſcodrenſium conſpectu adductos trucidãdos curauit. atque inde paulo poſt othomanus cum maiori copiarum parte diſceſſit. tenuit deinde obſidio amarbego baſſa cum octo milibus turcorum relicto octo circiter menſes. duobus caſtellis ad bolianæ caput ad ſubſidium obſeſſis prohibendum cum preſſidio impoſitis. cuʒ per iouannem darium pax iam antea tentata. his conditionibus ſecuta eſt. ut ueneti preſſidio & oppidanis ex urbe deductis ſcodram cum lemno in-

noua turcoruʒ eruptio in ſcodram.

reces turcorũ in italiaʒ eruptio.

pax cũ othomano

gula othomano relinquerent. darentque illi quot annis octo aureoru3 milia eo titulo ut pontica nauigatio tuto uenetis pateret. in italia uero ueneti pro floretinis arma sumpserunt. acciderat ut superiore āno iulianus medices ad liberate fanum a coniuratoribus quibusdam occisus esset. florentini eam iniuriam ulturi. sisti pontificis nepote florentie in custodiam detento. saluiatum pixnaum antistitem cum plerisque aliis sceleris consciis laqueo suspendunt. rei indignitate pōtifex comotus florentinos interdicto & anathemate notat. ferdinandoque rege & senensibus in belli sotios acceptis arma. aduersus eos comparat ualidumque in hetruria sub federici urbinatis auspiciis exercitum mittit. eratque in eo alfonsus calabriæ dux ferdinandi filius penes quem rerum gestarum gloria existebat. & cum eo plures armorum ductores illustres. florentini autem preter uenetos cum mediolanensibus hercule estense & federico gonzaga sotia arma adiunxerūt. galeatius. n. mediolani dux paulo ante aiouane lampognano ad ꝓtomartiris edem cesus fuerat. hostis interim ualidissimis copiis congressus tentium castelinam radam brodam & sabinum montē florentinis ademit. ueneti autem sociorum periculo moti carolum montonum cum ualidissimo equitatu in etruriam miserunt qui sub primum pene accessum cortone uita decessit. post cuius mortem res in ea prouintia roberti malatestæ auspiciis gesta est. qui cum quinque & triginta equitum turmis in perusinos fines tumultuose erupit. & admontem sperellum perusini agri uicum ad uersus matheum campanum sisti pontificis nepotem pari pene equitatu conflixit. pugnatumque acriter per aliquod horas. uerum primis hostium turmis profligatis relique fuse fugateque sunt. impedimentaque omnia fugientibus adempta. uarii postea hinc atque inde conatus fuerunt. demum urbinas & alfunsus estensium & gonzagane3 militum discordia freti cum duces ipsi abiissent. spei pleni ad exercitum sine ducibus duxerunt & ad primam lucem structis aciebus. magnis animis inhoem inuehuntur ac peditibus qui munitiorē locum tenebant deiectis. hetrusce copie turbatis ordinibus in fugam uertuntur. hostes castris potiti ad collem oppidum castra admouent. quo capto florentini animis fracti ad pacem inclinarunt quam ut equiorem haberent. laurentius medices ciuitatis longe primus neapolim ad regem cōcessit. pace confecta ueneti exetruria suas copias reuocarunt. interim othomanus rex anno post pacem acto rodum terra marique oppugnare adhortus est. multique ac uarii in ea oppugnatione barbarorum conatus fuerunt. & disiectis menibus oppidum sepius est acerrima oppugnatione tentatum. uerum propugnatorum uirtute cum ingenti strage hostis est amenibus repulsus. nec multo post othomanus ad imperium italiæ anellans

galeatii ducis cedes.

florentinorum clades.

idruntum calabrie oppidum subita ui oppressit. apparebatque totis imperii uiribus cum italie incubiturum. ingensque ex eo cristianis discrimen iminebat. sed dei prouidentia factum ut medio belli apparatu acerrim⁹ cristiniāi nomis hostis estinct⁹ sit. quo sublato ferdināds rex oppidum aliquandiu oppugnatum cum barbarico pressidio recepit. per id tempus ueneti corritam dalmatiæ insulam. uegiam arecentioribus appellatum. suo imperio adiunxerunt. coritano comite a ciuibus deiecto. omne ius quod in insula habebat. uenetis remitente. & paulo post ne ciuitas nimis in otio torperet. cum hercule ferarie duce grauissimum exortum est bellum. eius belli causa aferrariensi profecta. duxerat paulo ante hercules in uxorem leonoram ferdinandi regis filiam qua ille affinitate auctus. contra antiqua federa cepit ad uersus uenetos aliqua mouere. nam & circa comaclum salem fieri permisserat. eresserat etiam circa capud argeris munitiones quasdam quasi suos sibi fines impositurus. nouissime uero uenetum magistratum quem ueneti ex federe in ea urbe habeant. ignominia affectum indies magis infestum reddere. ea inuria admoti ueneti eum per litteras & per orators monuerunt ut maiores suos imitatus in antiquo uenetorum federe perseueraret. he adhortationes cum parum profuissent. tentarunt ueneti per sistum pontificem illum in ueteri amicitia retinere Verum cum ea etiam uia nihil profecissent. ad arma transendere sunt coacti. illatas iniurias Quando pace nequiuissent Bello uindicaturi. & primum sistum Pontificemm non solum inferendi Belli auctorem habuerunt sed sotia etiam cum eo ad id bellum arma iunxerunt. miro igitur consensu. bellum decretum hostique indictum. eo denunciato duplex classis decernitur. Vna que Calabrie oram. siquid aferdinando moueretur. Infestaret. altera quæ per id padi fluenta hostium fines. urgeret. maritime uictor superantius prefuit. padanæ Damiano mauro imperium est comissum. Terrestri uero exercitu bipartito in hostem Veneti mouentes per Robertum seuerinatem iam antea cum amplissimo stipendio conductum. rem circa Padum gerendam censuere. in flaminiæ uero finibus Robertum ariminensem copiarum imperatorem in hostem mouere. multitudine igitur nauium ingenti ex urbe profecta. Robertus Seuerinas cum Antonio Lauredano legato leniacum precessit. exploratisque iam antea locis. constitit inter eos per tartari fluminis stagna inter athesim & padum in hostem copias trāsmittere. primū igitur circa boariā non longe aleniniaco lembis plerisque in tartari fluminis stagna traductis. in hisque tribus peditum coortibus impositis ad crucellam primum. mox in mellarianos fines transmittunt. sequenti die seuerinas Lauredanusque affuerunt. & ex cir

Othomani mors.

uegia Isula ueneto imperio cessit.

ferariensis belli causæ.

sistus pont. belli auctor

cuniectis locis plurimis agrestibus accersitis ad tartari ripam perueni unt ubi ponte flumini imposito uiam stagno communitam. fassinataȝ uulgo appellauere. mirabili operatorum studio construxere. per eam eodem die omnes copie in melarimos fines traducte sunt. & mellariam primo impetu Seuerinas adhortus. expugnat. Biduo post inde profectus ad brigentinum uicum iam antea occupatum consedit inde ad castrum nouum castra ad mouit. ibi bellicis operibus ad muros admotis post aliquot prelia. oppidū in suam potātē redegit. ad figarolum deinde processit sed hic aliquandiu laboratum est. cum bellice machine ad muros quatiendos expedite essent. federicus urbinas quem ferdinandus & reliqui qui herculem ex federe. thuebantur summæ rei prefecerant cum ualidis copiis ex hostlia stellatam oppidum quod in ad uersa ripa est. transuectus. ibi cum omnibus copiis consedit. interim cristophorus mula qui minoribus nauigiis preerat. hadriam urbem adhortus cepit. comachium deinde ex pugnatum in potestatem redegit. Damianus Maurus etiam in pado apud pilo sellā tria lignea castella medio amne ualido pressidio & ingenti bombardarum ui communita terra & aquis ferociter adhortus est. Tanto que animi ardore res est aucuetis gesta. ut pulso equitatu reliquisque tota ripa fugatis castella ipsa post accerimum certamem capta sint. ad predam deinde sotii nauales cum terrestri milite circa flumem conuersi. uillas uicos & tecta diripientes omnia igni ferroque uastando. figarolum usque processere quo etiam maurus cum classe concessit interim Seuerinas ad figarolli oppidum crebris tormentorum ictibus muros quaciebat. cum urbinas ex aduersa fluminis ripa ad stellatam oppidum eneis machinis cuncta uenetis infesta redderet. nec interim cessaret uiros comeatum arma ex proximo loco obsessis mature subministrare. & quia apparebat figarolli oppugnationem non tam cito ad exitum perduci posse. ne uno loco tot copie tempus tererent. Seuerinas Gasparem & Antonium Mariam filios cum parte copiarum petro marcello iacobi antoni filio legato. ad rodigiani pollesini oppida expugnanda mittit. Primo igitur accessu castellum gugellmum. & diui donati turis in stagnis posita capta sunt. inde rodigium. lendenaria. abatia & alia polesini loca. non sine oppugnatione in uenetorum potestatem uenerunt. in qua expeditione hieronimus marcianus comitis filius ferrociter dimicans occupuit. Augustinus barbadicus pataui prefectus. uir auctoritate clarus ad populos in uenetoꝶ fide cōseruandos. decreto patrum rodigium concessit. qui populorum animos sua mansuetudine & desteritate ingenii in uenetorum fide & beniuolentia magnopere confir

mellariæ expugnatio.

hadria & comachiuȝ capitur.

rodigiuȝ & alia polesini loca uenetis armis cedūt

matis pataуium reuersus est.interim Federicus urbinas graui morbo implicitus ex stellanis castris ferrariam dellatus occubuit. Seuerinas autem figaroli muris iam propemodum bellicis operibus solo equatis oppidum graui oppugnatione adhortus est. pugnatumque aliquandiu cruento marte. Demum uicta hostium pertinatia Veneti oppido potiti sunt.seuerinas paulo post egrotans febre palustri aere contracta pataиium secessit. Lauredanus etiam eodem morbo afflictus diem obiit. Ex flamminia autem ueneti Robertum ariminensem cum suis copiis Romam ad Sixtum pontificem obsidione leuandum misserunt. sub primos namq; uenetorum motus Alphunsus calabriæ dux cum quattuor equorum milibus tentauerat ad herenlem sororium trãsire.uerum quia p pontificis loca erumpere necesse erat. in marsos primum inde per equos ducens columnensibus & sabellis qui aperte põtifici aduersabantur. adiuuantibus in agrum romanum erupit & aliquot opidis pontifici ademptis ecclexiæ dictionem assiduis incursionibus infestabat. Veneti igitur ad eius conatus euertendos maritimaз apullie & calabriæ oram uallida classe populandam uictori superantio demandant. Mittunt ad hæc petrum Diedum legati nomine apud ariminensem. Qui mercenarium militem undique contraherent. ut sixto non imperatore solum sed milite etiaз opitularentur. robertus igitur Romam iturus ex flamminia cum ualido equitatu mouit & quia res Romane in discrimine erant urbem uersus magnis itineribus processit.sub eius aduentum in hostem subito mota sunt castra. alfonsus audito ariminensi accessu in uelitranum agrum ad campũ martium concessit. Robertus ubi hostis in conspectu fuit suos adhortatus copiis in ordinem diuisis in hostem congreditur. Eum uenientem Alfonsus ferocissime excepit.certatumque per plurimas horas ingenti animorum pertinacia.magnaque utrinque edita strages. demum põtificii Venetique militis uirtute superante. & ducis presentia uires iuuante. Alfunsus rem suam inclinatam ac pene perditam. prospiciens cum paucis equitibus dilapsus acie cedens se in pacatum recepit plerique uiri illustres Qui hosti cedere noluerunt cum omnibus sere copiis in uictoris potestatem uenerunt. Robertus Victor paulo post cum ingenti captiuorum turba. quasi triumphus urbem ingressus est. Vbi paucis post diebus non sine accepti ueneni suspitione uitæ diem obiit. Vir nostra etate. Bello & pace clarissimus. Romæ situs est. Eius sepulcro hoc impressum. Veni. Vidi. Vici. Laure am pontifici rettuli. Seuerinas interim morbo leuatus in castra rediit. Vbi paulo post Federicus Cornarius & Franciscus sanutus

Figarolli expugnatio

robert9 ariminẽsis alfonsum superat

legati affuerunt sub quorum accessum preter quod figaroliana menia legatorum industria assiduo opere instaurabantur. Aliquandiu ab omni fere belli munere est cessatum. tanta eni3 uis morbi in ipsis castris ex palustri cello contracta est. ut pauci admodum essent qui bellica munera obire possent. & cum aeris inclementia aliquantulum remisisset. missit seuerinas gasparem filium cum ualidis copiis ad pressidium que3 Hercules ad obscurum lacum in ripa fluminis erexerat, occupandum. qui bellicis machinis in aduersa ripa. admotis. ita hostium munitiones paucis diebus disiecit: ut hostis locum relinquere coactus sit. superantius etiam marittimæ classis imperator. cum una & uiginti triremibus pluribusq; aliis minoribus nauigiis aduerso pado in argentinos fines progressus. ianiolum oppidum oppugnare adhortus est. in aduersã igitur oppidi ripam sexcentos milites. equites quadringentos exposuit ut aduersus hostium incursus padi ripam communirent: ut inde tutius menia bellicis operibus demolirentur. in eos sigismundus estensis Nicolaus coregianus. ugo seuerinas aliiq; plerique uiri armorum insignes cum tribus hominum millibus ex argenta oppido impetum fecerunt. & primam peditum stationem irrumpentes primo congressu non parum Venetos disturbarunt. inde ueneti equites sociiq; nauales sumptis repente animis ferociter in pugnam ruũt. hic atrox prelium choortum est. multiq; ex utraq; parte cadebant. cum terecenti leuis armature equites quos stratiotas uocant: hostem pugnæ intentum circunsistunt. tantumq; a latere conspecti terrorem Herculanis iniecerunt ut momento temporis hostium duces fugam capescerint. Sigismundus equi celleritate usus argentam citato cursu pene solus abiit. Multi ferro absumpti plerique in aquas precipitati ui fluis absorti sũt, plurimi in uictoris potestatem uenerunt. ingentem eo die uictoriam superantius adeptus est. Verum illud constat si cursum uictore sequi pertexisset. Paruo negocio eo ipso die argentam oppidum capere potuisse. Nicolaus coregianus Vgo seuerinas & alii circiter septuaginta equites captiui Venetias sunt missi. Seuerinas autem ad ferrariam oppugnandam animum adiciens ponte galeonibus constructo Francisco sanuto & ioanne emo legatis pado copias traducere statuit. deducto igitur in citeriorem ripam ponte apud lacum obscurum quinque a Ferraria passuum millibus distantem. ripaque ualido militum pressidio firmata cum nusquam hostis apparuisset. copiæ omnes ultra flumen traductæ sunt. inde milites ad predam conuersi subito in cursu in ferrariensem agrum effusi uillas & suburbana loca dirripientes. omnia igni ferroq; uastarunt. & in locu3 usque quem barcum appellant progressi. omnia longe lateq; populati sunt. in castra reuersi circa barchi muros parum a flumine distantes ue

.V. supantii apd' argẽtã uictoria

ueneti ad lacu3 obscuræ padũ traiciunt.

neti milites confederũt. seuerinas deinde ad presidiũ iuxta flumẽ ab hostibus derelictum muniendum cõuersus. illud fossa profunda muroq; i castelli speciẽ cõmuniuit. opus sane inexpugnabile atq; hosti formidolosum. qua re ita ferrariæ trepidatũ ferũt ut parum a capta urbe abesse uiderentur. erant in eo statu res uenete. cum sixtus pontifex ad defectionẽ spectans nõ solum quasi presentẽ uictoriã ex manibus uenetis extorsit. sed rem uenetam in maximũ etiam discrimẽ adduxit. pontifex igit' a Venetis alienatus inito cum hostibus fœdere uenetos p litteras monet. ut a ferrariensi bello abstinentes quæcũq; herculi ad eam diem ademissent restituant. patres uero suam iustam belli causam tuhentes non pontifici solum sed omnibus fere principibus cristianis. ostendunt contracti belli culpam abse abesse. atq; id ipsum sixto ipso non auctore solum sed impulsore etiam in herculem sumpsisse. uelleq; iustum bellũ quod semel pontifice auctore suscepissent cum bona ipsius uenia ad exitum perducere. pontifex ubi uenetos in sententiaʒ prestare uidit. pristini federis oblitus eos anathemate notat. & sociale bellum cum ferdinando & aliis in uenetos decernit. alphunsus interim calabriæ dux cum duobus armatorum milibus ferrariam uenit copiisq; ibi relictis mantuam primum inde Mediolanũ concessit ad & casalle maius frequẽti sociorum principũ oratorumq; cõuentu bellũ q̃ maximo apparatu. in uenetos cõmuni nomĩe est decretũ. ueneti aũt nõ ignari quanta sibi belli moles sustinenda esset. et & ipsi suas partes firmiores redderent. ex galia renatũ lothoringe ducem cũ amplissimo stipendio accersunt qui cũ ducẽtis equitibus. & peditibus mile in italiam transiit. interim per seuerinatem spe uenetis facta. si abdua copias traiecissent. fore ut mediolani per aduersæ factionis homines nouus aliquis motus oriretur. ea res cũ in consultationẽ uenisset patrum decreto statutum est ut parte copiarum circa Ferrariã relicta. robertus cũ reliquo equitatu in galliã transiret. premisso igitur deiphebo anguilario in brixiensis agri finibus. paulo post seuerinas ipse affuit. plurimis armorũ ductoribus ad ferrarie obsidionẽ relictis. quo etiam lothoringe dux cũ suis non multo post accessit. seuerinas ãt ex brixiensi agro mouẽs marco antonio mauroceno legato imposito abdue supra tretiũ ponte. in abduana ripa castra posuit. nullã interim cuiq̃ iniuriam inferẽs ea re motus lodouicus sforcia qui per id tempus rubrios parmenses pricipatu armis eiecerat. in Cremonensem agrum duxit. eo & Alphonsus paulo ante accesserat qui collatis simul castris abduam transiuerunt. interim ioannes franciscus & galeatius. seuerinatis filii inscio patre ad hostes defecerũt. inde hostes i glareã abduæ erũpẽtes. bergomatũ postea fines ingressi colloniã & ugnianum occuparunt. seuerinas audito hostium accessu dimisso ad pontem tretii presidio circa Bergomum se rece-

padane munitiões ualidissime

sisti pontificis defectio

sotiale bellũ in uenetos decretum

seuerinas abduam supat

pit inde oleo superato ad nouos urceos cōsedit. hostis uero tretiano presidio expugnato. pontificis florentinorumq; copiis auctus cum ualidissimo exercitu. nam ad cētum & amplius equitū turmas habebat: apud quincianū olium traiecit & quicquid brixiensium inter melam fluuiuz & urceos nouos inuenit. ad deditionem compulit. ueneti autem quātū periculi ab hoste impenderet reputātes. maiorem partē equitatus que z circa ferrariā habebant. seuerinati confestim mittūt. ille ast cum se hosti imparem cerneret. ad eius conatus inhibendos retro cedens. se omnib9 locis ex improuiso ostendebat. alphunsus deinde balneolo occupato mantuani principis copiis auctus per brixiensem agrum euagatus. plurima uenetis oppida ademit. circa padū autē lothoringe dux plurimis ex suis morbo absumptis. audita lodouici regis morte cū modico equitatu ī galliam transiit. in mari uero quia fama erat ferdinandum sociosq; ualidaz classem comparasse. ueneti ut hac quoq; parte hostibus occurrerent. iacobum marcellum classis imperatorem. in superancii locum decernunt qui paulo post in prouinciam profectus. in dalmatia ad turmas triremiū explendas ex pado pene consumptas. aliquādiu moratus est. interiz hostium classis sub federici ferdinādi regis filii imperio anconis portū īsederat. inde lissam dalmatiæ insulam agressus. eā igni ferroq; uastauit. ex lissa corciram nigram uulgo cursolam appellatam trāsmisit. hostis igitur oppidum ex improuiso adhortus scallas pluribº locis uno tempore ad mouet. & ingenti sagittariorum ui crebrisq; bombardarum ictibus oppidanos fatigat. erat tunc insulæ comes: georgius uiarus constantis animi uir qui oppidanos adhortatus nihil pretermittebat quod ad sustinēdas hostium uires pertineret. fuitq; ea uiari & oppidanorū uirtus ut nō solum hostes sustinuerint sed eos ēt cum cede a menibus repulerint. hostis igitur cū nihil profecisset inde in altum abiit. circa padum uero thomas imulanus cum paucis peditum centuriis fluuio ante lucem superato suburbana stellate oppidi loca. ac munitiones arci circūiectas subito impetu adhortus modico negocio expugnauit ac diripuit. affuit & Andreas zancanus classis profectus qui cū sociis naualibus eneis machinis & aliis bellicis instrumentis ab hostiū munitiōibus sublatis in naues deportatis. arcem ipsam ferocissime inuadunt. tantoq; animorum ardore. rem gesserunt ut momento temporis arcis partem occupauerint. tūc qui superiore loco erant cum de deditione facienda cum zancano & imulano loquentes longum de industria tempus terunt. Hercules cum expeditissimo equitatu se uenetis ex improuiso circa arcem ostēdit. & certamine repente iniecto naualibus sociis se ad naues recipientibus. imolanus cum militibus in hostium potestatez redactus est. qui ex uulnere accepto paulo post obiit. interī alphōsus calcinato profect9 car

Lothorigæ ducis digressus

aragōia classis cursolaz aggreditur

ueneti stellata deiciūtur

pinctum occupat. & motis inde signis godium uenit. ubi mincio supera to in ueronensem agrum concessit. & ad uilam francam castra admouēs arceq; tormētis ex parte cōcussa. oppidū in deditionē accepit. hinc longe lateq; in ueronēses campos hostis effusus. omnia preda & terroribus cō pleuit. seuerinas āt paulo post per benaci ripas ducens circa ualegiu3 lo co eminētiore cū omnibus copiis consedit. alphunsus ubi hostem neq; ad pugnā elici neq; ex tā opportuno loco moueri posse prospexit. motis signis ī brixiēses abiēs asulā tumultuose adhortus ē. sub eius accessum sine aliqua oppugnatiōe. deditio ab asulanis facta ē. & paulo post ars ēt in hostis potestatē cōcessit. in eo oppido mātuani principis signa fissā fu ere. cū autem nihil minus ferrariā ueneti urgerent. statuit calaber expe riri. an circa padu3 uenetas res. aliquo modo frāgere posset. citato igitur agmine sub noctem asula profectus. magnis itineribus hostiliā pergit p̄ missis equitibus qui secundo pado eo ueherentur. robertus eius consilii non ignarus ipse etiam ante lucem digressus. ueronam cum expeditissi mo equitatu. celeriter uenit. ubi pluribus nauigiis circa athesis ripas frā cisci diedi pretoris & francisci marcelli prefecti diligentia comparatis. im positis in eis militibus secundo athesi confestim in hostem processit tā taq; celleritate usus est. ut pene eodem tempore quo & hostis. se suis se uerinas ostenderit. cuius subito accessu hostis perculsus retro infecta re hostiliam concessit. uarii deinde hinc atq; inde armorum conatus fue runt. multa siquidem loca ob hostibus occupata. in brixiensi agro seue rinas recepit. cum interim lodouicus sfortia romanum in Bergomate agro oppidum expugnat. inde appetente hieme copiis in hiberna dimis sis. Robertus Venetias uenit qui a principe & senatu honorifice excep tus est. multisq; & amplissimis muneribus ob rem recte administratam donatus. reuersus deinde seuerinas Nicolao pisauro legato ureeos no uos concessit. inde ponteolco cum pressidio imposito tristaniam turrim occupauit. eamq; opere & armis communiuit. & cum spes facta es set pacem equis conditionibus confici posse. ad id Veneti zacariam Barbarum & Federicum cornarium cesennam miserunt. Sed diu re per altercationem iactata. cum conditiones quae proponebantur non placerent. Legati re infecta reuersi sunt. placuitq; ad omnes Germa niae & Galliae Reges oratores mittere qui de pontificis iniuria questi. cristianos principes ad publicum conuentum ipsi pontifici indicendu3 impellerent. Missi ad Federicum imperatorem Sebastianus Badua rius. ad Regem Galliae Antonius lauredanus. ad Maximilianu3 impe ratoris filium. Nicolaus Fuscarenus. ad austriae ducem. paulus pixa nus. Neq; interim summo studio Veneti bellum reparare desine bant qui preter italas copias ex peloponnesso & insulis circumiectis

asula ad hostes deficit

legati cesenaз missi de pace tractāt

ex epiro etiam & dalmatia ad mille & quingentos leuis armature equites cum amplo stipēdio conduxere. & iā exeūte uere robertus militib9 ex statiuis eductis circa. uarollam & seortinianū castra admouit. in mari uero marcellus classis imperator. ex corcira profectus galipoli3 calabrie urbem oppugnare adhortus ē. & primū oppidanorum animis ad uolūtariā deditionē tentatis. cum id parum profecisset. nauibus circa littora appulsis militibusq3 in terram expositis urbs graui oppugnatiōe adhorta est. laboriosumq3 utrinq3 certamē exortū. ubi marcellus inter primos pugnam ciens sociosq3 ad hostes intrepide urgendos adhortans cū iam muris scale admote essent. multiq3 in summū euasissent. marcellus ex p̄toria pupi dū imperatoris optimi munere defungi studet. tormēto ictus occubuit. uix a sociis naualibus imperatoris cedes audita est cū ueneti irrumpentes urbem occupauerunt. eā ingressi uictores depredarūt feminarum tamē pudicitiæ & templis temperatū est. capta urbe classis imperio dominico malipetro omnium consensu dellato naritu3 & rachalisca aliaq3 pleraq3 uicina oppida ultro deditionem fecerūt. ea clade audita ferdinandus rex. ubi ueneta arma in mediterranea regni penetrare seq3 domestico bello implicitū uidit. ad pacē tum demum respexisse dicitur. alfunsus interim sociorum uiribus in unū contractis. ita ut ultra centū & uiginti equitū turmas haberet. peditatumq3 non paruum. motis signis urceos nouos mouit. seuerinas autem qui equitu3 numero inferior erat nā ad quinq3 & nonaginta equitū turmas habebat. quia peditum numero prestabat. ad ueteres urceos cum omnibus copiis consedit. alfunsus igitur melam adhortus in deditionē accepit. inde digressus uarolā seortioluq3 occupauit. inde ad balneolū consedit. uenetus aute3 dux ad zenonē inter brixiam & hostium castra se recepit. hic de pace agi ceptum ē ad quam componendam ipsi duces se auctores & arbitros posuerūt. hic seuerinas & lucas pixanus nicolausq3 pisaurus legati. inde sfortia nūciis ultro citroq3 missis quæ demum his conditionibus secuta est. ut ueneti asulā & qcquid in eo bello ī gallia amisissent. reciperēt. ipsiq3 ex his quæ herculi ademissent. rodigii polesinū retinerēt. omniaq3 antiqua ferrarie iura reciperent. presidia circa padū deducerent. munitiōes circa ripas demolirentur. gallipolis & quæ in calabria occupata essent. ferdinando restituerentur. seuerinas uenetis militaret. essetq3 omnium italie principū & populorū imperator. ob pacem confectam uenetiis hastarum certaminia & aurigationes per plures dies solemni apparatu cellebrate sunt ad quod spectaculum in gens extota fere i talia mortaliū numerus multiq3 uiri illustres & principes confluxerūt. & in primis estensis hercules iulius camerinus. ex mediolano leonardus lodouici sfortiæ filius & galeatius seuerinas. rubrii parmenses. mirādulanus princeps & alii pleriq3

iacobi marcelli īterit9.

galipollis expugnacio

pax & eius conditiōes.

spetacula post pacem

uiri prestantes.robertus seuerinas & camerinus ludis prefuerunt.tres se uerinatis filiiq pre ceteris strenue certarunt uictores iudicati.ducarium deinde quod eo anno magna exparte conflagauerat. marmoreis lapidibus maioriq; omnino sumptu.ceptum est instaurari. inde grauis pestilentia ciuitatem inuasit.eaq; clade non parum urbus consternata est. ad id alia etiam foris clades accessit.exierant ad anglica negotia deuehenda. bartholomeo minio prefecto triremes quatuor .eas merce honustas circa uincentii caput nauigantes columbus iunior pirata illustris cum septem nauibus optime instructis agressus post acerrimam pugnam. intercepit.multiq; in ipsa pugna ex uenetis perierunt.qui superstites fuerunt lisbonam perducti. omnibus bonis exuti abire sunt permissi & alusitaniæ rege hospitaliter excepti sunt. non paruisq; muneribus donati.seuerinas postea ab inocētio pontifice per oratores accersitus.ob bellum ad uersus ferdinandum regem susceptum.romam consiliis transiit. hec mocenici temporibus gesta qui āno sui ducatus septimo.uir suma p bitate preditus uita decessit & in gemellorum ede sepultus est.

uenetorum clades apiratis illata.

Marcus barbadicus Dux.LXXIII.

m Arcus Barbadicus ducali dignitate decoratus est āno millesimo quadringentesimo.octuagesimo.quinto.uir integritate & prudentia singulari. eius tempore ad ciuitatem pestilentia leuandam. omnemq; contagionis causam tolendam triumuiri creati sunt. ad maxilianum federici imperatoris filium regem romanorum declaratum. legatio decreta.ad id dominicus triuisanus & hermolaus barbarus missi sunt.fuit autem ciuitatis status per id temporis omnino felis.cum princeps ipse paci & quieti studens iustitiam omnibus inuiolate seruandam curaret. essetq; illi animus in consulendo liber. nihil ficti nihil simulati habens. uerum ea felicitas paruz rei publ ie diuturna fuit.mense siquidem sue administrationis nono cuz maximo oīuz merore ex humanis decessit.& ad caritatis edem situs est.

felix ciuitatis status.

Augustinns Barbadicus Dux.LXXIIII.

a Vgustinus barbadicus. marco fratri in ducatu successit. uir ingenio acri & memoria singulari.quem etiaz presentiæ dignitas & maiestatem quandaz preleferens.canaq; & prolixa barba non parum uenerabilem faciebāt.sub primo eius tempore ducarium iam antea incoactum sumptuosissimo apparatu.magna est exparte confectū.sebastiāus baduarius & ber. bembus ad inocentiū pontificem oratores missi cum eo publico nomine fedus inierunt. Germanicum deinde ob finium contentionem bellū est exortuz.

i

bellum germanicum.

conspirarunt namq; omnes ferre germaniæ principes aduersus uenetos qui ingenti barbarorum exercitu comparato nullo prius indicto bello athesi apud tridentum superato subito incursu rouerenses fines hostiliter inuasserunt. predaq; & uastatiouibus omnia complentes ad rourense oppidum castra posuerunt. machinisq; ad muros admotis oppidū oppugnare adhorti sunt. erat tunc oppidi prefectus. nicolaus priuolus cōstantis animi uir & cum eo franciscus grassus aliiq; non nulli peditu3 ductores. germani igitur cum ibi plurimos dies in demoliendis muris consumpsissent. demum oppidum oppugnare adhorti. non sine certamine oppidanos ad deditionem compulerunt. priuolus cu3 grasso & aliis plerisq; se in arcem receperunt ut hostium conatus remorarentur. ea3 defensuri quousq; a uenetis subsidia mitterentur. ueneti autem eo inopinato bello perculsi. q̄ primum robertum seuerinatem. qui paulo ante cū pontifici militaret. ab eo ex auctoratus uenetias accesserat. cū ualido equitatu. luca pixano & hieronimo marcello legatis. ad gemanicos cōatus inibendos in ueronensem agrum misserunt. qui postea in rouerensium fines mouens quinq; passuum milibus longe ab oppido cu3 omnibus copiis consedit. germani interim ante seuerinatis aduentum rourensem arcem. post longam oppugnationem deditione facta in potestatem redegerunt. nicolaus priuolus & grassus cum aliis plerisq; captaiui in germaniā ducti sunt. orta deinde iter germanos duces discordia. cū paru3 inter illos de reparandi belli ratione cōstaret. dimisso oppido hostes in germaniam transierunt. seuerinas autem post eorum digressum paruo negotio oppidum recepit. tria deinde castella hostium aggressus in uenetorum potestatem redegit. inde ad tridentum oppugnandum animum adiciens ponte athesi imposito omnes fere copias traiecit. & cum in ripa fluminis in explorato consedisset. militesq; fere omnes armis exuti. nihil hostille cogitantes. passim sine ordine uagarentur. accidit ut ad eam transitionis famā. ex tridento & aliis circumpositis castellis aliquot peditum centurie explorandi magis q̄ pugnandi studio exierint. eos cu3 ueneti milites ex inopinato conspecxissent. tanto sunt terrore perculsi. ut momento temporis sine ullo maiore certamine in fugam uersi confracto ponte. plurimi armati in aquas precipitati cum ipsis equis ui fluminis absorti fuerint. pauci ab hostibus capti. pauciores omnino cesi. cum uix cum hoste conflixissent. seuerinas & ipse cum suis fere omnibus eodem furore perculsus in aquis demersus concidit cuius corpus postea in uentum. hostes tridentum dellatum. honorifice sepeliendum curarunt. rubrius parmensis qui se cum aliquot militum turmis in eminentiore3 quendam locum receperat. multis ex estibus cesis. cu3 omnibus fere suis euasit. ea clade accepta ueneti nouis suplementis missis. copias suas re

rouerēse oppidu3 ab hostibus capitū.

uenetorum clades apd tidentum.

seuerinatis interitus.

parare studebant. cum paulo post ex germania legatis uenetias accedẽtibus de pace actũ est. quae his cõditionibus cõfecta est ut redditis utrisq; captiuis. de finibus & castellis quae ueneti ceperant. inocentius pontifex iudicaret. in oris maritimis uero cum suspicio incidisset aliquos esse in cipri insula. qui caterine regine & regno insidias molirentur. quibus uerendum erat ne in aliquod discrimen regnum illud adduceretur. statuerunt patres ad tutiorem regni conseruationem. ut diui marci signis in regni locis prefixis. regina ipsa in patriam reduceretur. francisco priuolo classis impatore eo misso qui regno firmo pressidio firmato. populorũ animos in uenetorũ fide & beniuolentia cõfirmaret. & ad reginã maiori cũ honore & dignitate reducẽdã. georgio cornario eius fratri ex cel[l]si animi uiro. a patribus negotiũ datũ. ut ciprũ ad sororẽ nauigaret. q[ui] saeuiẽte hieme eo accedens. sua prudentia & desteritate. ita cũ sorore regina egit. ut satius existimauerit & rebus suis conducibilius. in patria cũ suis sine periculo uiuere. q̃ cũ periculo in regno. quãdoquidẽ uenetus senatus nõ minus illã in patria reginã & filiã q̃ si in regno maneret. esset habiturus. ad patriã igit[ur] regina accedẽs multis regni procerib[us] comitata. cum urbi appropinquaret. princeps cum frequenti senatu honoris causa cum bucentauro naui. ei obuiam processit. eamq; nullo non genere honoris. ut reginã decuit. prosecutus est a quo etiã georgius ei[us] frater equestribus insignibus decoratus est. quod munus paucissimis patriciis cõcedi solitũ est. nisi quop[iam] singulare aliquod in rempu. meritũ extitisset. in Italia uero nõ parua deinde clades accessit. carolus nãq; gallo[rum] rex. lodouici. sfortiae mediolani tunc gubernatoris fauoribus fretus. ad neapolitanũ regnũ sibi iure debitum aquirẽdũ magnis uiribus in italiã descendit. missis igitur primũ ad ponificẽ & uenetos legatis. significat se ad regnum sibi legitimum accedere. neq; aliud sibi in italia querere. regnoq; adepto oẽs uires suas aduersus turcos & cristiani nomis hostes. conuersurũ pollicetur. cuius rei fama ferdinãdus rex commotus. dolore animi ut dicit[ur] confectus. obiit. italiã igit[ur] carolus primũ pacato agmine ingressus. ferdinãdũ calabrie ducẽ cũ exercitu apud cesenã obuiũ habuit. eumq; facile cedere & retro romã aufugere coegit. interim carolo rege ex mediolani finibus habeunte. lodouicus sfortia occasionẽ nactus. mediolani duce eius nepote. nõ sine ueneni accepti suspitione sublato. ipse ducatũ occupat. urbẽq; cum armatis adequitans. ex gubernatore. ducis sibi nomẽ uendicat. carolus autẽ in etruriã mouẽs. serzanã & serzanellã florẽtinorũ oppida. petro medice illa dedente. occupat. pixas deinde accedens urbẽ ĩ potestatẽ suã redegit. ibiq; classem suã genuae cõparatã. apud liburniũ manere iussit. florẽtiã deinde accessit. urbẽq; ingressus. magnã auri uim a florentinis accepit. mutatisq; ibi pro arbitrio suo magistratibus in

pax cũ germanis.

cipri reginae uenetias accessus.

caroli regis in italiã aduentus.

Lo. sfortia mediolani ducatũ occupat.

de discessit. & senas accedẽs ibi etiã mlta damna & incomoda intulit. romanũ deide agrũ ingressus. colũnensiũ & ascanii cardinalis fauoribus auctus. urbẽ ingressus est. cũ interim alexander põtifex. se in arcẽ sancti angeli thueretur. ex urbe carolus discedẽs cũ regnũ neapolitanũ ingressus esset. q̃ primũ alphunsus rex timore cõpulsus regni corona ferdinando filio renunciata. ipse eũ quatuor triremibus siciliæ regnũ adiuit. carolus aũt cursum uictorie sequens duodecim dierum spatio. neapoli ac toto regno potitus est. nullo resistente. & omnibus urbibus oppidisq; se dedẽtibus. preter brundusiũ & galipolim que sola ex oĩbus loca inferdinãdi fide p̃mãsuerũt. tãtis caroli successibus uniuerse italiæ discrimẽ iminere uidebatur. cũ alexander põtifex. maximilianus romanoꝝ rex. hispaniæ reges. ueneti. & lodouicus mediolani dux. inito interse fœdere. ne caroli conatus ultra ꝑgrederent. sotia inter se arma iuncxerũt. & ueneti primũ firmissimo exercitu comparato in parmẽsi agro. francisco gõzga mãtuão principe duce. eo etiã a mediolanensi duce sotialibus copiis accedentibus. apud foruz nouũ consedentes. carolũ expectauere. nihil moturi nisi a rege hostilie aliquid cõspexisent. ille aũt ex neapoli recedẽs dimissis in eo regno quīq; equitũ milibus. ipse cuz reliquo exercitu romam uersus equitando. põtificẽ ab urbe discedere. & oruetum accedere coegit. carolus aũt romã ingressus est pene ab om̃ibus relictã. senas deinde accessit. multisq; ibi illatis in comodis. inde abscedens. toscanellã & montẽ flasconũ ecclesiæ oppida diripuit predaq; fere absumpsit. p̃rimis ibi crudelissime trucidatis. pisas deinde se contulit. postea lucã. & spoliis italiæ honustus. postremũ pontremolum ducis mediolani oppidũ cepit ac diripuit & mõtes transgressus cum in planũ descendisset. apud forũ nouũ. uenetorũ exercitũ obuiũ habuit. habebat mãtuanus dux. ad duodecim equituz milia. leuis autẽ armaturæ milites. quos stratiotas uocãt. ad duo milia. peditatũq; amplissimuz. eratq; in ipsis castris legatoꝝ nomine. marcus antonius maurocenus & melchior triuisanus. omni igitur maiori equtatu in quinq; turmas diuiso. iouani frãcisco seuerinati lodouico duci militanti. negotiũ datuz. ut primus in hostẽ irumperet. alie deinde turme. dato signo ad pugnã seq̃rent. uerũ seuerinas suos deindustria cõtinẽs nedũ cũ hoste cõgressus ẽ. sed uenĩeti ẽt cessit. gõzaga uero dux cũ redulfo patruo. turbatos ordĩes cõspicatꝰ. in hostẽ ferociter est inuectus. eos bernardinus mõtonius cũ alia equituz turma secutus est. illos galli ferociter sustinent. & confecto prelio p plurimas horas cruento marte acerrime utrinq; pugnatum ẽ. multiq; hinc atq; inde ceciderunt. & in primis ex italis rodulfus gonzaga. uiriliter pugnans concidit. cuius morte factuz est. ut due equitum turme quæ ab eo signum expectabant. nihil mouentes a pugna abstinuerint. ex galliis autem multo plures desiderati dicuntur

carolus rex neapoli regno potit.

nouũ fedus

pontifex oruetũ accedit

mãtuani ducis cum carolo rege cõgressus.

interim leuis armaturæ milites exalia parte regis spolia impedimētaqꝫ ad horti. oīa fere in potestatē suā redegere. demū dirempto certamine galli retrocedentes admontiū radices reuersi sunt. ueneti in castra redierūt & biduo post carolus combustis primū oībus fere impedimētis clā ante lucē cū reliquo exercitu citato agmine ad sua transiens. se in astis oppidum recepit. ad nouariā deinde iam antea ab hostibus occupatā. gonzaga cū exercitu mouens eo etiā lodouico duce cū ualidis copiis accedente, urbē obsidere adhortus est. eāqꝫ ad id redegerat ut uix deditionē differre posset. uerū nō multo post carolus rex cum lodouico mediolani duce inducias pactus. nouaria lodouico dimissa in galiā transiit. inde uenete copie reuocate pado abduaqꝫ superatis in brixiēsem agrū cessērunt. In maritimis uero antonio grimāo classis impatori auenetis mādātū ut apuliæ & callabrie urbes carolo ob tēperātes hostiliter inuaderet. ille autē haud cessandū ratus cū ualida classe mouēs. manopoli apuliæ urbē firmissimā & munitissimā aggressus. eā sūmis conatib⁹ expugnare adhort⁹ ē quā aliquādiu strēue ab oppidanis defensā. mltis utriqꝫ cesis. demū impatoris uirtute q nullū in ea oppugnatione fortissimi ducis officiū ꝑtermissit & fotiorū naualiū strenuitate. in uenetorū potestatē redegit. eadēqꝫ fortuna pulignanū & mollā. oppida munitissima expugnauit. uenetoqꝫ adiecit imperio. interi ferdinandus iunior. q amisso regno se ad ischiæ insulam receperat cū aliquot triremibus neapolim accedēs. gallis eiectis. aciuib⁹ in urbē recipit. & castella urbis post aliquot oppugnationes in deditionē accepit. inde ad uniuersū regnū recuperādū. aīū adiciens. quia eius uires nō ita ualide erant quæ adhostes regno eiciēdos sufficere possent. inito cū uenetis federe pactus est. ut ueneti mantuanū ducem cum tribus equitum milibus ei in auxilium miterent. quicquid auri ob id a uenetis expensum esset. ipse soluturus. tranū. idruntū & brunduxium ex federe uenetis cedens quousqꝫ expensam pecuniā exoluisset. mantuano igitur principe cum ualidis copiis in regnū accedente. ferdinādus uiribus auctus. iunctis cum mantuano copiis post aliquot menses. partim ui. partim ꝑ deditionē uenetis adiuuantibus uniuersum regnum recepit. orto deinde inter florentinos & pixanos bello cū pixani carolo rege ex italia habeunte. rege ipso auctore. se in libertatē uindicasset. ueneti pro pixanorū libertate aduersus florētinos arma sumpserunt. missisqꝫ eo auxiliaribus copiis pixanos aliquādiu. a florentinorū armis tutati sūt multiqꝫ in ea expeditione & uarii utrinqꝫ armorū conatus fuerūt. demū ea res lodouicum mediolani ducem non parum a uenetis alienauit. primum nāqꝫ lodouicus ipse aduersus florentinos pro pixanis sotia cum uenetis arma adiunxit. postea ex amico hostis factus. aduersus pixanos a

carolus in astē transit.

manopolis pulignanū & mola uenetis cedūt.

ferdinādus neapolī recipit.

tranū idrūtum. brunduxium ueneti ex federe accipiūt.

caroli regis mors.

foedus cũ lodouico gallorũ rege.

Lodouicus rex mediolano potitur.

cremona uenetis cedit.

Turcorũ ad hiaderã eruptio.

perte florentinis fauebat. mortuo deinde carolo francorũ rege. nullo herede relicto. lodouicoq; horliensium duce summo populorum cõsensu rege declarato. ueneti pristinam amicitiam restaurantes. non solum fedus cum rege inierunt. sed sotia etiam cum eo arma iunxerunt. se in uicem perpetuo & inuiolabili federe colligãtes. & quia mediolani ducatus post phillippi ducis mortẽ horliensiũ3 demui legitime spectabat. statuit. lodouicus rex. eum sibi armis uindicare. inito igitur cum uenetis federe. inter eos pactum est. ut lodouico sfortia principatu eiecto. rex mediolani & reliquarũ ducatus urbiũ dux esset. ueneti cremonã cu3 agro. & totam abduæ glaream haberent. rex igitur cum ingentibus copiis in italiã descendens. primum alexandriam urbem adhortus expugnat. inde cu3 ad mediolanu3 oppugnandum accederet. lodouicus dux suis uiribus parum fidens. timore compulsus mediolão cedens in germaniã abiit. rex paulo post castello in deditionẽ accepto urbe3 ingressus est. breuiq; omnibus urbibus totoq; ducatu potitus est. ueneti etiã ex altera parte cum ualidis copiis mouentes. cremonã. castellaq; oĩa citra abduã. sibi ex federe spectantia in potestatem suam redegerunt. In mari uero Sub id tempus non paruã cladem respublica. accepit. othomanus turcorum rex ingentem classem parabat. egerant ueneti cu3 eo in pace multis ante annis. post pacem cum othomano eius patre confectã. tam ualidæ classis apparatus fama ueneti cõmoti. andreã zancanum legatum bixantium miserunt ut regis animo explorato. eum in uenetorum amicitia confirmaret: ille autem zancano benigne accepto. ostẽdit nihil se in uenetos moturu3 eisq; pacẽ quæ cum eius patre acta esset. seruaturum. ueneti autem eius pacem. suspectam habentes. in tanto illius apparatu haud cessandum rati. classem ualidissimam decernunt. eiusq; imperium antonio grimão secundo demandant. qui cum aliquot triremibus uenetiis egressus corciram p[illegible]num. inde methonem concessit. interim ingens turcorum uis hiadrensium fines hostiliter inuasit. qui preda & populationibus oĩa complentes uniuersam dalmatiæ oram. terroribus impleuerunt. qua eruptione factum est. ut othomanus se uenetis aperte hostem ostenderit. grimano igitur imperatori a uenetis mandatum. ut omnia in turcos hostiliter agendo. enixe studeat uenetas res a perfidissimi hostis iniuria defendere Ille aũt pluribus nauibus detentis ex omnibus propinquis locis accersitis. ex creta etiam plurimis triremibus summa diligentia comparatis. ingentique inde sagitariorum numero. accersito. classe aucta. quæ ad triremes sesaginta. honerarias uiginti. cetheas naues quinquaginta. biremes uero & alia minora nauigia plurima habuisse dicitur. cum hoste confligere statuit. preerant classi legatorum nomine.

nicolaus pixaurus. dominicus malipetrus & simeon gorius. erat nauium prefectus. lodouicus marcellus. Grimanus imperator. habito cum legatis & prefectis consilio. Quia numero nauium superiores erant. Triremes autem pauciores hostibus habebant. Statuit in apertum mare hostium classem inuadere. Et primum nauibus imperatum. ut prius in hostem irrumperent. Inde honerarie sequerentur. Nouissime uero. imperator ipse cũ triremibus & reliqua classe in pugnam erat processurus. Othomanus autem tercentorum nauigiorum classe conflata. quæ centum & ultra habuit triremes. biremes totidem. Naues ad iugenti Alia uero minora nauigia plurima. Ad uenetas opes euertendas in altum concessit. Terrestribus etiam copiis ingentibus comparatis: ad centum namque turcorum milia habuisse compertum est: rex ipse bisantio egressus. methonem uersus adequitauit. Classis autem elesponti angustiis superatis. in euboiam transmisit Inde methonem uersus nauigans uenete classi obuiam factus hostis. Non ausus congredi se in portum longum recepit. Post aliquot dies inde digressus apud iuncum consedit. Et cum in ancoris esset. Venetis cum eo congredi statuentibus. Primum Albanus armerius unius nauis prefectus. nauem hostium in mensæ magnitudinis ferocissime adhortus est. Eum andreas lauredamus cum alia naui secutus. ex altro latere hostilem nauem uiriliter est aggressus. Et cum ea catenis & arpagonis connexi Per aliquot horas atrocissimo marte dimicarunt. Tantoque animorum ardore. res est a uenetis gesta Vt hostes desperatione acti. cum iam prope uicti essent. Ne a uenetis caperentur in iectis flammis naues ipsas cum omnibus ferre hominibus concremauerint. Paucissimi in mare precipitati ad suos tranantes euaserunt. Tam horrendum spectaculum ita omnium ferre animos terrore perculsit. Vt pauci postea congredi ausi sint. & Primum nauium prefectus cum iam prope hostilem classem aggressurus esset. retrocedens in altum abiit. Honerariarum prefecti. & ipsi auerso ab hostibus itinere mare tenuerunt. Vincentius polanus cum una honeraria in mediam hostium classem ingressus. a plurimis triremibus undique circumuentus. post atrocissimã pugnam. uento secũdo adiutus incolumis inde ad suos rediit. constans fama. est si ueneti duces eo die impiis parere. & patriæ fidẽ pstare uoluissent. eos uniuersam hostium classem cum maxima imperii ueneti gl'ia cõsternare potuisse. cũ ad primum uenetorum congressum defuga capescenda iam hostes cogitare cepissent. inde ueneta classis tanta benegerende rei occasione amissa. corciram uersus cursum tenuit. exinde apud clarentiam consedit ut hostium clasem eo uenientem adhorire

ingẽs uenetoꝝ classis.

ingens turcoꝝ classis.

uenetoꝝ cũ tureis in mari cõgressus.

naues incẽdio absumpte.

tur . hostes uero classem haud procul a terra ducentes . eam per maritina littora terrestribus copiis comitantibus. clarentiam peruenerunt. ubi duabus triremibus a uenetis interceptis . multisque aliis crebris tormentorum ictibus disiectis. inde ad papatus pontam processerunt. ubi etiam a ueneta classe agresi preter nauigia plurima tormentis disiecta. triremes quattuor a uenetis captas amiserunt & demum se in neupathi sinum receperunt. ueneti autem locorum angustias timentes retrocedentes se ad zacinthi insulam contulerunt. hostium classe neupathum appulsa. eo etiam othomano rege cum terrestribus copiis accedente . neupathenses cum se terra & mari circumuentos uiderent nec ueneta classis appareret. deditionem fecerunt. ea clade accepta ueneti imperio grimano abrogato. eum uenetias accersitum causam. dicere iubent. in eius locum. melchior triuisanus ad classis imperium suffectus est. Sub id tempus uel anno ante . ex decem triremibus. ex syria & alexandria ex negotiatione redeuntibus. due altera ex syria. altera ex alexandria apud cicadarum portum tempestate acte naufragio perierunt. merces quae ex syria erāt cum hominibus. cum haud procul a terra abessent. maiori ex parte seruate sunt. triremis uero quae ex alexandria fuit. omnibus fere hominibus seruatis . grauissima merce honusta . in profundum maris submersa. post aliquot menses mirabili operariorum ingenio ex profundo subtracta cum omni merce redempta est. In continenti etiam non parum detrimenti respublica accepit . ad decem namque turcorum equitum milia foroiuliensis patriae fines inuaserunt . & preda populationibusque omnia cōplentes. omnem agrū igni ferroque uastarūt multos mortales cōfecerūt plurimos in predā egerūt & uenetis militibus se ad gradiscana castra cōtinentibus. barbari preda ablata incolumes abierunt. Triuisanus autē imꝑator cū corcirā appulisset. ut cladē antea acceptā aliqua ex parte resarciret. zefaloniae insulam classe aggressus. oppidū oppugnare adhortus est. militibus igitur sotiisque naualibus in terrā expositis. machinisque ad muros oppidi admotis hisque in parte disiectis. demū oppiduz ipsum oppugnare adhortus est. uerum illud firmo turcorum & uirorum fortiū presidio initū. strenuissime est ab hostibus defensum. plurimique in ea oppugnatione utrinque ceciderunt. tenuit deinde ibi obsidio plures menses cum interim uenete turme. sotiique nauales rerū penuria & incomodis cōfecti. aeris etiā inclemētia pressi. plurimi morbo cōsumpti occubuerūt. demū oppido pluries oppugnatiōe tētato cū amenibus ueneti cū cede reiecti essent. re infecta inde abierunt . ex ea re non parua uenetis rebus iactura facta est. siquidem uniuersa fere classe tam feda clade consternata. Infensissimus hostis benegerendae rei

recens cum hostibus cōgressus.

Neupati amissio.

Triremium apud cicadas naufragiuz.

uenetorum clades ex zefalonia.

occasionē nactus.ꝓxima estate.classe ex neupathi sinu educta.aliaq; ex
elesponto profecta.ī peloponessum accedens.methonem oppugnare ad
hortus est.ualidissima classe eo appulsa.othomanus rex cum ingenti ter
restriū copiaꝝ numero affuit.ad centū nāq; & āplius turcoꝝ milia habu
isse cōstat.machinisq; ad muros admotis hisq; ī pte disiectis.p plurimos
dies teuuit obsidio quo tēpore hostis bis totis uiribus urbē oppugnauit
& cū maxima suoꝝ strage amenibus est repulsus.accidit autem ut q̄tu-
or uenete triremes comeatibus & bellicis instrumētis honuste ad me-
thonis subsidiū auenetis misse.eo incolumes peruenerint.ad eas excipiē
das pre letitia nimia uniuersa ciuitas letabunda occurit.q in custodiis di
spositi erāt & ipsi relictis ordinibus ad portū occurētes muros relique-
rūt.ea occasiōe usus hostis muris supatis sine ullo certamine urbē ingre — Methonis
dit̃ & longe lateq; unūquēq; obuiū cedit.ꝓusq; pene urbs capta est q̄ sci — amissio.
rent ueneti se ab hostibus oppugnari.magistratus alii cesi.alii capti.me
thone capta hostis uictoriā sequutus coronem concessit.urbēq; terra &
mari agressus.paruo negotio in deditionē accepit.inde neapolim cōcedēs
tētauit urbē ad deditionē compellere.uerū cū nihil ibi pacati inuenisset.
cum se ciues infirma uenetoꝝ fide māsuros asseuerarēt.cū ēt uenetoruz
classem breui affuturā intelligeret.inde digressus hostis elesponti angu- — Coronis ad
stiis supatis cū classe incolumis bixantiū concessit.interim triuisano cla- — hostes defec
sis impatore uita functo.ueneti benedictū pixaurū ad īperiū maris suffe — tio.
cerūt.q uenetiis egressus reparata classe methonē uersus ad subsidiū ur-
bi ferendū.hostiq; occurendum summis conatibus nauigare studebat.
uerū de urbis amissione & hostiū digressu certior factus.iuncum adhor
tus iā antea ab hostibus occupatū recepit.īde digressus hispaniæ Regis
sexaginta nauiū classe auct⁹.zefaloniā aggressus oppidū oppugnare ad
hortus est.militibus igit̃ sociisq; naualib⁹ in terrā expositis murisq; ma
chinis expte disiectis.oppidū oppugnatiōe adhort⁹ ē.atroxq; p aliquot
horas utinq; certamē fuit.tāto deniq; aīoꝝ ardore res est a uenetis.& re — cefalonia ue
giis militibus gesta ut uictis hostibus maioriq; ex pte cesis.oppidū ex p — netis cedit.
te ceperint.q reliq ex hostib⁹ fuerūt se in arcē recipiētes deditionē fece-
rūt.sicq; oppidū ipm cū uniuersa insula in uenetoꝝ ptātē cōcessit.In ita-
lia uero cū oēs fere regiæ copiæ quæ mediolāi fuerāt.ī flāminia Alexādro
pōtifici & ualētino comiti militarēt.lodouicus sfortia occasionē nactus
ex germania mouens cū ualidis copiis in comēsem agrū erupit.comū de
inde tumultuose aggressus paruo negocio capit.īde mediolanū cōcedēs — Lodouicus
nullo fere resistēte urbē ingredit̃.& ad castellū oppugnādū bellica in- — mediolanū
strumēta admouet.ea nouitate motus rex.suis copiis ex flāminia reuo — ingreditur.
catis.ingentem etiam ex gallia equitatū magnūq; peditū numerum mit
tit.eo etiam socialibus copiis a uenetis accedentibus.lodouicus autem

cũ regis copiis congreſſurus mediolano diſcedens. in campum proceſſit & in comenſi agro cũ hoſte con fligens poſt acerrimum certamem cum iam prope uictus eſſet. uictoriaque ad rege ʒ ſpectaret. a ſuis intereeptus regi traditur. captiuuſq; in galliam deffertur. aſcanius cardinalis eius frater qui mediolani erat. audita lodouici fratris captiuitate. & ipſe ſalutem ſibi aufugio querens. mutato habitu imparmenſi agro a ſonzino benzono uenetis militante cum aliquot ſociis captiuus factus. uenetias perducitur. & paulo poſt a rege poſtulatus ingallia ʒ mittitur. nec multo poſt lodouicus rex ualidiſſimis copis in italiam miſſis. neapolitanum regnu ʒ ſibi legitimum. federico rege eiecto armis ſubegit. hiſpaniæ rege in apuliæ & callabriæ partem accepto. federicus ipſe cu ʒ aliquot triremibus in galliam ad rege ʒ conceſſit. ſub id tp̃s ueneti cũ panonniæ rege fedus inierunt. magum auri pondus quod ãnis ei tribuentes ad bellum in turcos gerendum. procuratorum creandorum ratio mutata eſt. qua omnibus qui ad eam dignitate ʒ aſpirant. facilior eligendi aditus prebetur. & cu ʒ antea quatuor tãtũ ad ſumũ electi adſuffragia admitterentur. nũc ad triginta ſex ad eam electionem adduci poſſunt. Hec barbadici temporibus domiforiſq; geſta. qui ſenio confectus. cum in egritudine ʒ incidiſſet. obidque comodis reipublicæ uacare non poſſet. Ducatui renunciauit. uerum cum id apatribus non eſſet admiſſum. poſt aliquod dies decimoquinto ſui ducatus anno. exumanis deceſſit. & ad caritatis edem ſitus eſt. eo defuncto lex lata eſt ut triumuiri eligerentur quibus ſi quid a principe contra eius iuramentum patratum eſſet. ad ſenatũ rẽ deferre facultas eſſet. idq; ĩ barbadico ipſo fieri ceptũ eſt. In eius locũ Leonardus lauredanus cum maximo omnium ordinum conſenſu. ſucceſſit. uir integritate uitæ & preſtantiſſimis moribus preditus. Ob cuius ſingularem ſapientiam. maximum in repub. bene gerenda ſtudium. æquabilem in omnes iuſticiam. egregiam liberalitatem. eximiam deniq; uitæ ſanctimoniam. omnia proſpera reipu. euentura ab omnibus ſperãda ſunt. In cuius foeliciſſimo principatu. quem utinam immortalis deus pro reipu. comodo fortunet. & qnãdiuturum eſſe uelit. Siqua deinceps memoratione digna contingent: ſi in uiuis erimus: libentianimo ſubiungemus. FINIS. SIT LAVS DEO.

Lodouicus ſfortia capit


Lodouicus rex neapolitano regno potitur.

Leo. lauredanus princeps.

Impreſum. Veneciis per criſtophorum de penſis anno
Milleximo. quingenteximo & ſecundo. Die. VIII.
Iunii. cum gratia Incliti Dominii per
Annos quinque. ne ab aliis
Imprimi poſſit. Sub
Pena. &c.



Hic liber est Joannisvincentij Dulcis Iuris Utriusq[ue] Doctoris Proton[otarii] et Cubicularij Apost. Sedis ac Canonici Patavini. M D XXVJ Mense Septembri



Ex bibliotheca Berichemi emptus

